

1795.

18. Facke, Ernst Peter: Niccolis Platonis.
19. Fleck, Ferdinandus Gottschel: Hermeneutices litigii
particularum: De adquirienda vel auctoranda possessione
spec. I: De principiis possessiois, quae a iure
fictionibus proficiuntur
20. Fleck, Ferdinandus Gottschel: De cestione
delinquentiam secundum dnm principia iuri publico
universalis, gentium, Romani atque Iacobini
21. Green, Aug. Tisser. Sigismundus, fcc jas. proca-
collarius: De successione in bona mobilia
Schriftsammi, vel alias enuntiis, secundum iuris
luga domicilii, in quo iura cointatis argui-
tur.
22. Haerias, Joannes Gallet: De iure instituendis nosa-
comitis civicis.
23. Huebner, Christian Gottschel: Historiae legum
Romanarum et sepulturas portamentinas adjecta
carum comparatione cum patriis institutis. Spec. II.

1795.

24. Imghauensis, Daniel Fredericus: De jure iurando caluniae secundum principia juris Romani, Germanici, Canonicis et Canonici Spec. I.
25. Loeber, Daniel Bernhardus: De justis et obligatis contationis
26. Mueller, Thomas Gottfridus: Super jure primariae precum ejusque exercitio. Spec. III. Programma, quo ad orationem applicalem invitat.
27. Platnerus, Encelius, anno. 1777. Lips. procuratorius: An ridiculum est animali redem inquirere. Programma, quo panegyria medicam subscit.
28. Phoemius, Antonius Maria: Utrum inter mercatores aduersant ordinis beneficium nec ne?



1790


19. Augsburg, hand written by professor Dr.
W. von Hohenlohe, published from Berlin
by Dr. C. G. Lichtenberg, 1790.

20. Leipzig, Faculty of Medicine, Prof. Dr. Gottlieb Olof
Fischer, entomologist, 1790.

21. Münster, printed by Dr. J. C. F. Müller, physician
from Augsburg, published by Dr. C. G. Lichtenberg,
professor of medicine, 1790.

22. Berlin, printed by Dr. J. C. F. Müller,
professor of medicine, 1790.

23. Berlin, printed by Dr. J. C. F. Müller,
professor of medicine, 1790.



109.
179519.
2

H E R M E N E V T I C E S
TITVLI PANDECTARVM
DE ADQVIREND A VEL
AMITTENDA POSSESSIONE

S P E C I M E N I.

D E
P R I N C I P I I S P O S S E S S I O N I S , Q V A E A I V R I S
F I C T I O N I B V S P R O F I C I S C V N T V R .

S C R I P S I T
E T
A D A V D I E N D A M O R A T I O N E M
Q V A
M V N V S P R O F E S S O R I S I V R I S E X T R A O R D I N E M
C L E M E N T I S S I M E S I B I D E M A N D A T V M
D I E X X I I . O C T O B R . M D C C X C V .
H . IX .
I N A V D I T O R I O I V R E C O N S V L T O R V M
A V S P I C A B I T V R
H V M A N I S S I M E I N V I T A T
D. F E R D I N A N D V S G O T T H E L F F L E C K
P R O F I V R . E X T R .

L I P S I A E
E X O F F I C I N A B Y D E R I .

HERMENEATICÆ
TITULI LANDESTHATUA
DE ADOVATIVÆ ALI
AMITTENDA POSSESSIONE
SACRUM
PRINCIPALIS POSSESSIONIS DIALETA
HIC DOMINI'S HOC HIC CANTAR
MVL'S PROPHETÆ IURÆ ETIÆ QDINÆ
AD VADIMENIA MOLYTONIA
QDV
E
B HIRONIMUS GOTTHEIT LIECK

LIPSIÆ

1710. 1711. 1712.

C A P V T I.

De origine et notione possessionis facti ac iuris differitur.

Quanquam ab eo inde tempore, quo animum incessit lubida
legum a Romanis latarum vim ac potestatem indagandi,
locus ille de possessione tot tantisque difficultatibus laborare mihi
vifus est, vt varia iuris conditorum opiniones comparando, in
perditis ac desperatis fere haberem interpretum consilium, qui
nubes oraculis Iurisconsultorum obductas, explosa criticorum
audacia, disiicere fibi persuaderent, mei tamen officii ratio po-
stulauit, vt non omnem spem, huic argumento per ius ciuile
longe lateque diffuso lumen adfundendi abiicerem, sed sym-
bolas qualescunque meas tollendis ambiguitatibus ea, qua licet,
perspicuitate conferrem. Viam, si quis dicat, magno conatu
studioque Conf. CUPERVM a) et Gener. SPANGENBERGIVM b),
qui illius vestigia secutus est, mihi aperuisse, facile animadverteret,
spicilegium relictum esse, non indignum eo munere, quo nouus
interpres perfungi cupiat. Plura praefari nolo, sed telam ipsam
iamiam exordiri adinet. Ne autem temere et inauspicato rem

adgressus

a) CUPER, obff. sel. de natura pos-
sessionis. Lugd. Batav. 1789.

b) CAROL. F. W. a SPANGEN-

BERG. Versuch einer systematischen
Darstellung der Lehre vom Besitz.
2 Tom. Bayr. 1794.

A

adgressus esse videar, legumlationi diuinae honos est habendus, eiusque principii, quod sana ratione duce intelligere licet, memoria reuocanda, facultatem possidendi tantum inesse notioni ac conditioni dominii, idque amissa possessione confessim etuanescere. Dominus igitur rem, quam alius bona fide naestus est, amissis censendus, et vindicandi potestate caret; nec dominii quidem vim defendarem, licet alius mala fide rem adquisuerit: non enim nouus possessio propter dominii, quo quis antea gauisus est, rationes, quasi illud amissa possessione adhuc statuendum esset, rem retinere potest, sed propter laesione illatam remedia ad ipsam rem recuperandam comparata pristino domino indulgentur. In alia omnia iuerunt legum Romanarum latores. Rerum nullius et derelictarum dominium quanquam naturali possessione seu detentione coepisse **NERVA** filius ait, cuius sententiae **PAVLVS** ^{c)} non intercedit, in modis tamen adquirendi deriuatiis possessio antiquissimis temporibus iam a dominio separatim spectari coepit. Varias eius rei reddi posse rationes, nec ea, quae a **GALVANO** ^{d)}, qui de nuda tantum detentione loquitur, aut ab **ANTON. MERENDA** ^{e)}, vnicam tantum causam adferente, tradita leguntur, sufficere arbitror. Etenim non solum obseruamus, facultatem vindicandi rem aduersus bonae fidei possessorem datam ac concessam esse, nec malae fidei possessorem, et rei non derelictae inuentorem, dominium, quod ipse non habet, in aliud siue bona

^{c)} *I. I. §. I. π. de adq. vel am. poss.*

^{e)} *MERENDA contraon. iur. L. XII. c. I. seqq.*

^{d)} *GALVAN. de usuf. c. 33. §. 3.*

bona siue mala mente adcipiat, transferre unquam posse, verum etiam in alienandis rebus formam saepe definitam esse, eaque insuper habita dominium in adcipientem non transire intelligimus. Adcedit, quod alienandi facultas ciuibus quibusdam admota sit, ita ut alii ciues res iure dominii ab illis comparare nequeant. Attamen in his similibusue negotiis aequum profecto videbatur prudentibus, commodis quibusdam adiuuari eos, qui rem, vtut noui iure dominii, certe tamen bona fide naeti sunt, nec, si de causis quaerebatur, non poterant non haec commoda ab indole possessio- nis proficiisci. Ipsi quoque rei domino possessionis beneficia haud raro magis utilia videbantur, quam iura dominii. Neninem, qui vel leuiter iurisprudentiae quiritoriae pracepta degustauerit, latet, probationem dominii nimis difficultatibus obnoxiam fuisse, ideoque ipsum dominum magis possessionis iure, quam formula ex dominii iure repetita sibi fuisse rebus consulere voluisse; Qua de re *CAIVS f)* ait, *is, qui destinauit rem petere, animaduertere debet, an aliquo interdicto nancisi possit possessionem: quia longe commodius est, ipsum possidere, et aduersarium ad onera petitoris compellere, quam alio possidente petere.* Quae cum ita sint, mirum non est, quid sit, quod possessio variis tum defensionibus munita tum ornata effectibus, et icti eam in ipsis adeo dominis a domino separatam pertraetauerint.

Cognitis ac perspectis iis rationibus, quae ictos perpulerunt, ut possessionis indolem inuestigarent et iura ei propria definita.

B. 2

f) l. 24. π. de rei vind. cf. l. 1. §. 2. 3. π. de interd. vii possid.

rent, iam exponendum est de discriminine, quod inter possessio-
nem, quae in facto posita est, et eam, quae iuris esse intelli-
gitur, intercedat. Quidquid naturae et indoli negotii, de quo
quaeritur, consentaneum est, factum, res facti esse aut ad factum
pertinere dicitur *g)*: iis autem verbis, ius, iuris est, ius vertitur,
nihil aliud demonstratur, quam quod iuris ciuilis principiis
introductum, aut iuris fictionibus suppletur. Possessionis no-
mine ii potissimum, qui Stoicorum sapientiae addicti omnes sens-
sus sub tactu comprehendebant *h)*, nihil aliud venire opinaban-
tur, quam veram detentionem cum animo sibi habendi coniun-
ctam, et ea procul omni dubio est possessio, quae ex facto seu
sua natura aestimatur. Exulta sensim paullatimque iurispru-
dentialiae Romanae facie, intra fines possessionis per se spectatae
iuris autores subsistere non poterant, sed variis ex causis vis ac
potestas possessionis nouis adcessionibus indigere videbatur.
Quemadmodum enim alia iuris ciuilis capita, si seriem temporum
intuemur, propter salutem et utilitatem publicam varias muta-
tiones et incrementa habuerunt, ita quoque eadem ratio effecit,
vt in possessionis doctrina detentio et animus sibi habendi fingeret-
ur, vbi hae partes reuera abessent, aut abesse fingerentur,
vbi, si veritatem spectamus, nemo non locum iis relietur, fuis-
set. Praeterea, cum legumlatoribus curae cordique id esse
debeat,

*g) l. 41. π. de pecul. l. 27. §. 2. π. HENR. EXHARDI, hermeneutica iuris
de pact. l. 38. §. 6. π. de verb. obl. ex ed. Walbit. Lipl. 1779. c. 4.
l. 47. π. de donat. inter V. et Ux. CHR. FRID. GE. MEISTERVS de phi-
losophia Iurisconsultorum Romanorum
ſtoica. Goett. 1756.*

b) SENECA. ep. 106. cf. CHRIST.

debeat, vt omnes iuris partes apta ratione inter se cohaereant, nec lege condita alia iuris principia in primis generalia, quorum autoritas non exoleuit, subuertantur, huic quoque officio in iis principiis, quibus possessio regitur, definiendis satisfecerunt Romani. Etenim ne varia iuris capita infirmarentur, nonnulla in possessione facti aut immutanda aut ultra eius terminos proférenda erant: quid? quod? his ipsis fctionibus possessionem concorrentibus tum inconstantia tum repugnantia nouis adcessionibus adimenda erat, ne capita ad possessionem relata ambiguitate quādam laborarent, sed totus ille locus ab iis quoque, quae contraria in eo ipso reperirentur, vindicaretur. Ea autem omnia, quibus possessio per se spectata, seu in facto posita, mutationem passa est, a iure seu iuris fictionibus repetuntur; id quod prudentes verbis indicant, *utilitatis causa, iure singulari receptum est i), utilitate suadente relictum est k); consultius videtur l), tam ratione utilitatis quam iuris prudentia receptum m).* De eo, qui iuris auxilio possidere fingitur, Icti dicunt possidere videtur, creditur, intelligitur n). Ex his igitur conicere par est, possessionem facti eam esse, cui et detentio et animus rem sibi habendi ineſt, possessionem vero iuris, cui et detentio et animus rem sibi habendi aut inesse,

i) l. 44. π. de adj. vel am. poss.
l. 32. §. 2. π. eod. PAVLLVS l. 16.
π. de legg. inquit, ius singulare est, quod
contra tenorem rationis, propter ali-
quam utilitatem autoritate constituen-
tium introductum est.

k) l. 44. §. 6. π. de usurp.

l) l. 3. C. de adj. et ret. poss.
m) l. 1. C. eod.
n) §. 3. I. per quas pers. cuiq. adj.
l. 15. 24. 25. §. 1. l. 36. 37. 42. π.
de adj. vel am. poss. l. 16. §. 1. π.
de usurp.

inesser, aut non inesse fingitur; seu, vt aliis verbis utar, possessionem in iure consistere, quoties possidere fingitur, qui vel corpore non detinet vel animum possidendi non habet: aut contra possidere negatur, qui reuera et corpore rem detinet, et animum possidendi habet. Quam quidem opinionem omnium optimie PAPINIANVS probat in l. 49. π. de adq. vel amitt. poss. Certum est constatque inter omnes, exculta possessionis natura Iureconsultos statuisse, ordinarie neminem adquirere possessionem, nisi qui et animum possidendi haberet, et rem ipsam corpore detineret. Hinc dominica potestas parum proficua erat ad adquirendam per seruum possessionem, si quidem regula inualuit *quae facti sunt ad dominum non transeunt o.* At vero haec regula, quam prudentes sanationi conuenire adserebant, iure immutata fuit, et principium introductum, eum quoque, qui seruum possideret, siue dominus esset, siue non esset, per seruum possidere alias res posse, modo res illas tenendi adfectum haberet p). In l. 49. §. 1. π. de adq. vel am. poss. PAPINIANVS ait, *qui in aliena potestate sunt, rem peculiarem tenere possunt, habere, possidere non possunt q),* quia possessio non tantum corporis sed et iuris est r). Si possessio tantum in

facto

o) l. 44. pr. π. de cond. et demonstr. §. 2. I. de stipul. seru. l. 38. §. 6. causa iure singulari receptum dicitur, vt ex peculiari causa per seruum ignorantis possessio adquiratur. l. 44. π. de adq. vel am. poss. l. 1. §. 5. π. de verb. obl.

p) l. 1. §. 6. 8. 14. 15. 22. π. de adq. vel am. poss. l. 23. §. vlt. l. 34. §. 2. π. cod. l. 54. §. vlt. π. de adq. rer. dom. l. 25. §. vlt. π. de lib. caus. l. 1. §. 46. π. de vi et vi arm. Serui possessor res illas tenendi adfectum habere debet, et tantum utilitatis

causa iure singulari receptum dicitur, vt ex peculiari causa per seruum ignorantis possessio adquiratur. l. 44. §. 1. π. de adq. vel am. poss. l. 1. §. 5. π. de verb. obl.

q) l. 24. π. de adq. vel am. poss. l. 38. §. 7. 8. π. de verb. obl.

r) l. 19. π. ex quib. caus. mai. l. 1.

facto confisteret, seruis quoque et filiis familias potestas esset, non tantum tenendi, verum etiam habendi, possidendi. Iam vero cum placuerit, tenere quidem eos posse; habere, possidere non posse, idoneam sane rationem PAPINIANVS adfert, possessionem non tantum corporis esse sive facti, verum etiam varia capita fictionibus iuris niti. Nam in specie proposita leges fingunt, deesse in filiis familias et seruis voluntatem rem sibi habendi, seu suo et proprio nomine possidendi. At enim quo in nonnullam dubitationem effatis aliorum iuris autorum forte me adductum video, ita, ut quo me vertam, vix at ne vix quidem habere valam. Non levia enim dubia meae conjecturae mouent dicta CAIUS¹⁾, naturalis ratio senator commutari non potest, sed animum velim aduertas iis, de quibus CAIUS loquitur. CICERO²⁾ quidem testatur, omnium duntaxat rerum, quarum salua substantia utendi fruendi potest esse facultas, vsumfructum dari. At senator consulto sub Tiberio condito, quod MASSVRIVS SABINVS, NERVA, CASSIVS et PROCULVS interpretantur, placuit, omnium quae in bonis sunt, adeoque earum quoque rerum, quae vnu tolluntur, vsumfructum legari posse. CAIUS igitur censet, eo senator consulto non id effectum esse, ut pecuniae vsumfructus proprie esset; nec enim naturalis ratio senator commutari

¹⁾ L. I. §. 3. 4. π. de adq. vel am. poss. am. poss. §. 5. I. per quas perf. cuiq.
 l. 53. π. de adq. rer. dom. Alia ex-
 adg.
 empla vide in l. 24. π. de adq. vel
 am. poss. l. 26. pr. π. de don. inter V.
 l. 12. §. 2. π. de captiv. et poss.
 lim. l. I. §. 20. l. 42. π. de adq. vel

²⁾ l. 2. §. I. π. de usufr. ear. rer.
 CICERO in Topicis c. 3. GAL-
 VAN. de usufr. c. 3. NOOT de usufr.
 c. 20.

mutari potuit, sed remedio introducto, coepit quasi viusfructus haber. Si eam sententiam ad possessionem referre velis, dici etiam nequit lex ciuilis eo vique valere, vt factum possidendi re ipsa insectum reddat, vel illud esse iubat, vbi reuera exulet. Sed tantum abest, vt possessio in foro per se seu sua natura spectetur, vt potius effectuum tantum, iure ciuili eidem tributorum, ratio habenda sit. Hos autem effectus, quos addere possessioni facti lex ciuilis solet, quidni communicare cum eo etiam possit, qui reuera corpore non possidet, vel adfectum tenendi non habet, aut quidni detrahere eos aliquando de hoc facto queat, et statuere, eos non possidere, qui rem vere detinent cum animo sibi habendi? Eo igitur sensu, effectuum scilicet ratione habita, nunc eo loco res censenda est, ac si re vera possideatur, nunc autem possessionis notio negligenda, quae veritate spectata, talis esse deprehenditur. Expendere iam licet effata TRYPHONINI adserentis possessionem, quam quis ipse habuit, postliminio non restitu, quia facti cause insectae fieri nulla constitutione possunt u). Sententia ad effectus iure statutos referri nequit, siquidem Iure-consultus sibi ipsi contradiceret, addens ex Iuliano, *redi suo tempore imperi usucacionem eorum, quae captiuus per subiectas suo iuri personas possidebat; usque capiebat, vel si qua postea peculiari nomine comprehenduntur x).* Illud enim ius fictione profecto nititur, quia, qui alterius potestati subiecti sunt, res peculiares non possi-

dere

u) l. 12. §. 2. de capt. et postlim.

x) l. 12. §. 2. π. eod.

reuera.

dere *y*), sed dominus ac pater eas, adeo ignorantes, possidere intelliguntur *z*). Itaque non aliter, nisi Tryphoninum parum sibi constare putet, caput propositum intelligi potest, quam veritate spectata constitutiones eo usque non valere, ut causae facti insectae siant. Quanquam facile largior, fictionibus non eum locum esse in postliminio, quem in aliis capitibus deprehendimus *a*), adetur autem tamen, si quid video, *PAPINIANVS b*) quaestionem pertractavit. Is enim rationem redditurus, quare possessio emitoris ab hostibus capti non restituatur, inquit, *possessio plurimum facti habet, causa vero facti postliminio non continetur*, usque verbis inuitus, possessionem etiam post forenses disputationes plurimum facti retinuisse, idque in hac ipsa quaestione usu venire.

C A P. I I.

*Quantum possessio naturalis ac ciuilis ex iure mutuata sit,
ostenditur.*

Exposita possessionis, quae aut in facto consistere aut iuris fictionibus niti prudentibus videbatur, vi ac indole, meum iam esse puto, ut possessionis, quae naturalis et ciuilis audit, notionem persequar, et

*y) l. 24. l. 49. §. I. π. de adq. FRANC. RAMOS DEL MANZANO in
vid amitt. poss. Recit. nosc. an rit. π. de adq. vel
z) l. I. §. 5. π. cod. tit. l. 44. am. poss. P. II. c. 2. §. 4. in Meier-
mann. Thes. T. VII.
§. 7. π. de usurp.*

a) Cf. CHESIVS different. iur. c. 63. b) l. 19. π. ex quib. conf. mai.

B

et quam late iuris autoritas pateat, definiam. Vocabulum *naturale* a Iureconsultis id vocatur, quod a natura est, aut ei conuenit a), *civile* autem, quod a iure civili originem traxit, aut iuri civili consentaneum est b), ac proinde naturalis possessio de corporali tantum rei detentione adcipitur; animus vero sibi habendi idemque a proprietate separatus, seu, ut verba Iureconsultorum mea faciam, adfectio tenendi c), intellectus possidendi d), sensus adcipiendi possessionem e), propositum possidendi f) ex eorum sententia possessionis civilis indolem efficit. Iureconsulti enim in primis ii, qui stoicae philosophiae praeceptis imbuti erant, possessionem prima sua ac propria significatione nihil aliud denotare sibi persuadebant, quam actum, quo rem in potestate habemus, seu detentionem, cui corpore insistitur. Ita LABEO Stoicorum more possessionem a sedibus ponendis repetit, et ait g) *possessio appellata est a sedibus quasi positio: quia naturaliter tenetur ab eo, qui ei insilit: quam Graeci οντοχήν dicunt h)*, nec alio sensu ii naturaliter possidere dicuntur, qui alterius tantum nomine in possessione sunt, et propterea, quod animum sibi tenendi non habent, corpore duntaxat possidere statuuntur.

tur

- | | |
|--|---|
| a) Cf. l. 4. §. 2. π. de grad. et
affin. l. 49. π. de verb. sign. et BRIS-
SON. de verb. sign. sub v. <i>naturalis</i> . | e) l. 32. §. 2. π. eod. |
| b) BRISSON. l. c. sub v. <i>civilis</i> . | f) l. 46. π. eod. |
| c) l. 3. §. 3. l. 1. §. 1. et l. 3. §. 6. π.
de adq. vel am. poss. | g) l. 1. pr. π. de adq. vel am. poss.
Cf. l. 1. §. 1. l. 3. §. 3. cod. l. vñ.
§. 1. π. de precar. |
| d) l. 1. §. 9. π. eod. | h) GROT. flor. spars. ad l. 1. π.
de adq. vel am. poss. MENAG. amoen.
iur. c. 39. CUPER de natur. poss. c. 1. |

tur i). Ex quo vero possesio a dominio separatim aestumari coepit, effectum gratia animus imprimis res sibi habendi, quem eo saltem sensu, ut omnis dominii notio exularet, iure naturali incognitum esse ICti adserebant, spectabatur, adeoque necessaria credebatur possesio ciuilis, seu ea, cui in ciuitate vis atque effectus tribui posset. Itaque propria possessionis natura inter ciues tum in detentione corporali tum in animo sibi habendi posita erat, et ex his duabus partibus, quae possessionem ciuilem constituebant, iuris autores more suo principia definire solebant. Falli interpres, qui animum, de quo agimus, interpretantur adfectum domini, siue ψυχὴ δεσποζέτως ^{k)}, vel ex eo apparet, quod possesio ob id ipsum adpellata sit, vt a dominio detentio rei cum animo sibi habendi coniuncta distingueretur, adeo quidem, vt nihil commune habere possesio cum proprietate VLPIANO dicatur ^{l)}, praeterea que possidere iure ciuili statuantur, qui lozione domini non possident ^{m)}. Ut autem hoc argumentum ad amissim examinare valeam; varias possessionis naturalis seu detentionis corporalis virtutes persequar necesse est.

A) Primum enim verisimile est, ICtos statuisse, non refragari possessioni facti, ciuilem quoque possesorem ministerio

B 2

alterius,

i) l. 49. pr. π. de adq. vel am. poss. l) l. 12. §. 1. π. de adq. vel am.
l. 12. pr. cod. l. 7. §. 11. π. commu. poss. dñid.

m) l. 13. §. 1. π. de publ. act.
k) FRANC. RAMOS DEI MAN-
ZANO in Recit. Nonant. ad tit. π. TES ad tit. π. de nox. act. DE RE-
DE adq. vel am. poss. Parr. l. §. 11-16. Part. I. c. I. §. 19. GALVAN. de
in MEERM. Tberf. T. VII.

alterius, qui adfectu tenendi destitutus est vel animum habendi ex indole negotii sibi tribuere nequit, possidere. Si eius rei rationem habemus, possessio naturalis nudam detentionem rei corporalem denotat, et opponitur possessioni, quacum animus rem suo et proprio nomine possidendi coniunctus est. Naturalem possessionem eo sensu tantum habent usufructarius *n*), depositarius *o*), conductor *p*), commodatarius *q*), hospes *r*), et is qui securitatis causa custodiam rei naclus est *s*). Il omnes non possidere, habere *t*), sed tenere *u*), in praedio, in possessione esse *x*) dicuntur.

B) Praeterea in eo quoque, qui ciuiliter possidet, nonnunquam mentio fit naturalis possessionis seu detentionis, quatenus nimirum partem constituit eius possessionis, cui animus possidendi inest. Eo sensu PAVLVS *y*) scribit: *res mobiles, excepto homine, quatenus sub custodia nostra sunt, haec enim possideri, id est, quatenus si velimus, naturalem possessionem nancisci possumus*, quasi diceret, ciuiliter res mobiles possidemus, quamdui eas tenemus naturaliter. Ita quoque IAVOLENVS *z*): *eum heredes instituti sumus, pos-*

sefflo,

n) l. 12. pr. π. de adq. vel amitt. *t*) l. 49. §. 1. π. de adq. vel am. poss.

o) l. 7. §. II. π. comm. diuid.

u) l. 49. pr. π. eod.

p) l. 6. §. 2. π. de precar.

x) l. 10. §. 1. π. de adq. vel am.

q) l. 2. §. 1. π. pro herede.

y) l. 6. §. 2. π. de precar.

r) l. 9. §. 1. π. de adq. vel am. poss.

z) l. 3. §. 13. π. de adq. vel am.

s) l. 3. §. 23. π. de adq. vel am. poss. l. 10. §. 1. π. eod.

z) l. 23. pr. π. eod.

scifio, nisi naturaliter comprehensa, ad nos non pertinet, et MARCIANVS a) alienare pupillus nullam rem potest, nisi praesente tutore auctore, et ne quidem possessionem quae est naturalis. At enim uero intra hos fines possessionis facti iuris conditores subsistere non poterant, quia et propter utilitatis publicae rationes et ut possessionis indoles alii iuris principiis conueniret, ope fictionum et iuris interpretatione nunc partes possessionis ciuilis amplectendae videbantur, vbi reuera deessent, nunc vero reiiciendae vbi reuera deprehenderentur. His ita praeimonitis attendas velim possessione naturali C) eam quoque detentionem corporalem denotari, quae talis esse et sola quidem consistere in iure censetur, licet, si veritatem speches, cum animo possidendi coniuncta sit. Saepe enim fictione iuris affectus sibi habendi, qui re vera ex indole negotii, de quo quaeritur, deprehenditur, aut in certis hominibus, qui rem possident, vti in aliis, cogitari potest, abesse intelligitur; eoque modo iure ciuali vxor non possidet rem a marito donatam b), nec filiifamilias et serui possidere dicuntur c), nec ii omnes, qui rem aliquam tenent, pro possessoribus ciuibus habentur, quamdiu leges alium possidere fingunt d). Tandem memoratu

a) l. II. π. de adj. rer. dom. l. 93. π. de reg. iur. Cf. l. I. §. 6.

b) l. 26. pr. π. de don. inter Vir. de adj. vel am. poss. l. 54. §. vlt. π. et Ux. l. 46. cod. l. 16. π. de adj. de adj. rer. dom. l. 118 π. de reg. vel am. poss.

c) l. 49. §. 1. l. 24. π. de adj. d) l. 6. §. 1. l. 18. §. 3. l. 46. π. vel am. poss. l. 38. §. 7. π. de verb. obl. de adj. vel am. poss.

dignum est D) possessionem naturalem ei quoque non denegari, qui corpore rem non detinet, sed iuris auxilio et interpretatione pro detentore habetur. Exempla infra demum proponi libelli fatio iubet. At vero ne sententiam meam nimis obscuram, et legibus vix consentaneam esse putas, rei illustrandae exemplum statim adiungam. Quanquam seruos naturaliter tantum res tenere, dominus vero ciuiliter eas possidere dicitur e) ipsum tamen dominum nonnunquam naturaliter quoque iuris beneficio possidere statuamus necesse est. Rerum mobilium possessionem solo corpore amitti, nec eas aliter, quam si sub custodia nostra sint, possidere constat f). Negari quidem nequit, possessionem per alium ex indole quorundam negotiorum, veluti depositi, commodati aliquorumque, quorum antea mentio facta est, retineri, vix tamen quisquam diffiteri poterit, perentam esse possessionem, si tertius villa alia ratione res mobiles nostras possideat. Verum enim uero dominum rerum quoque mobilium possessionem, quomodocunque illas seruos possideat, continuare prudentes tradunt, adeoque iuris fictione dominus pro naturali possessore habendus est, licet rem corpore non detineat. Ex his, quae dicta sunt, haud inuita Minerua colligitur, quid de possessionis ciuilis indole inde ab iis temporibus, quibus possessio facti iuris fictionibus incrementa cepit, iudicandum sit. Ea autem procul omni dubio dicenda est possessio ciuilis, quae cum animo sibi habendi a iure non infirmata

e) l. 24. π. de adq. vel am. poss.

f) l. 3. §. 13. π. de adq. vel am. poss.

mato tenetur, aut iure, quippe quod hunc animum saepe supplet talis est statuitur, nulla ceteroquin opinionis dominii aut bonae et malae fidei ratione habita. Quibus ita constitutis, sententiam meam tyronum causa in pauca conferre adtinet. Iis temporibus quibus possessio a dominio separatim spectari coepit, possessio facti, quae necessaria putabatur, tum detentionem corporalem, tum animum sibi habendi complectebatur. Naturalis possessio seu detentio rei corporalis et de eo qui ministerium tantum praestabat alienae possessioni scil. ciuili, et de eo, qui animo sibi habendi rem detinebat, quatenus haec detentio partem possessionis ciuilis constituebat, dicebatur. Ex quo vero possessio iuris intellectu aestimari coepit, Iureconsulti eam quoque naturalem esse censebant, quae partim sola confidere singitur, licet in possessore animus sibi habendi negari non possit, partim pro naturali habetur, etiam si quis nec ipse detineat, nec ex natura negotii per alium possideat. Possessio ciuilis semper coniuncta est cum animo rem sibi habendi, qui aut reuera in possessore occurrit, modo iure non sit reprobatus, aut, si deest, nonnunquam iure suppletur.

CAPVT

CAP V T III.

De iis capitibus differitur, quae in apprehendenda possessione ex iure repetenda sunt.

SECT. I.

Quibus principiis ex indele possessionis facti apprehensio possessionis regenda sit, traditur.

Inuestigata possessionis, quae iuris esse dicitur, indele, illius que vi ac potestate, qua in possessione tam naturali, quam ciuili pollet, ea capita contemplari animus est, quae in apprehendenda possessione iuri tantum debentur. Ut de iis rite iudicare valeamus, antea ostendendum, quo modo possessio, si propriam eius natu ram indagamus, seu quatenus facti esse perhibetur, adquiri possit. Eam ordinarie corpore et animo tantum, neque per se corpore aut per se animo nos adipisci, expediti iuris est g). Cum vero saepe in eo simus, ut possessionem rerum nullius et derelictarum, aut earum, quae iam constituta fuit in alterius dominio, eandemque aut per nosmet ipsos aut per alios apprehendere velimus, singula iam sigillatum pertractabo.

Rerum mobilium possessionem non aliter adipiscimur, nisi res loco sint motae, seu in custodiam nostram redactae. Rem immobilem possidemus, in quantum custodimus, aut signis declaramus, rem ad certum terminum in nostram custodiam esse redactam,

g) l. 3, §. 1. π. de adq. vel am. poss. l. 153. π. de reg. iur. §. 5. l. de inuid.

redactam, adeoque is, qui fundum possidere vult; non omnes
glebas circumambulet necesse est, sed sufficit, quamlibet eius
fundū partem introire, dum mente et cogitatione hac sit, ut totum
fundum usque ad terminum velit possidere h). Sententia ple-
rorumque iuris autorum eo redit, ut necessaria sit corporalis
adprehensio, nec solo animo possessio adquiri possit i). Attamen
non desunt, qui contendere videantur, verba quodammodo, qui-
bus quis effectum possidendi aliis prodat, seu actum voluntatis,
possessionem vacuam non esse, aliqua ex parte sufficere, nec opus
semper esse opera manuum ac pedum. Ita ex iis, quae a PRO-
CVLO k) dicta sunt, colligere licet, me apri laqueis meis haer-
entis, possessionem adquisuisse videri, si laqueos in meo fundo
alienoue permisso domini posuerim, licet non adcesserit corporal-
is adprehensio. Voluit PROCVLVS considerari modum, quo
aper haesit, id est, animum, dum effectum sortiri possit, suffi-
cere: corpus non utique considerari; et siquid desit ei ad natu-
ralem possessionem, id prorsus animo impleri. Secutus est PRO-
CULUS TREBATIUM l) statuentem, feram bestiam, quae ita
vulnerata ut capi possit, statim nostram esse, et eousque nostram
videri, donec eam persequamur, id quod CARO m) displicuit, dum
ait, plerique non aliter putauerunt, eam nostram esse, quam si eam ce-
perimus:

b) l. 3. §. 1. π. de adq. vel am. poss.
l. 48. π. cod.

i) Cf. l. 3. §. 13. 14. π. de adq. vel
am. poss. l. 3. §. 1. l. 8. π. cod. l. 153.

k) l. 55. π. de adq. rer. dom.

l) l. 5. §. 1. π. de adq. rer. dom.

m) l. 5. §. 1. π. de adq. rer. dom.

C

perimus: quia multa adcedere possunt, ut eam non copiamus: quod et verius est, cuius sententiam IUSTINIANVS n^o) confirmavit. Sententia PROCVLI lumen adfundere videtur verbis PAVLI o): Neratius et Proculus, solo animo non posse nos adquirere possessionem, si non antecedat naturalis possessio. Ideoque si thesaurum in fundo meo positum sciam, continuo me possidere, simulataque possidendi adsecutum habueyo: quia quod deest naturali possessioni, id animus implet. Sensus est, eum, qui fundum possidet, naturalem quoque thesauri possessionem habere, atque id, quod ei deest, scilicet, quod res suo loco nondum sit mota, animo adcedente impleri. Non enim vnuquam PROCVLVS necessitatem corporalis adprehensionis plane negauit, sed quia naturalem possessionem antecedere putauit, solo animo adquiri possessionem, illumque tantum ea implere, quae in detentione, si eam ad viuum refecare velimus, deficiunt, arbitratus est p). Alia erat SABINI sententia, cui PAVLVS subscribit q): nec alias eum, qui sit, possidere, nisi loco motus sit; quia non sit sub custodia nostra. Ex iis liquet, nulla ratione opus esse emendatione NOODTII r), particulam non inter verba solo animo et posse eiicientis, Basilicorum s) auctoritati prorsus contraria, EI MH ἀξέηται φυσικη κατοχη, ψυχη μονη ΟΥΔΕΙΣ νεμεται,

sed

n^o) §. 13. I. de R. D.o) l. 3. §. 3. π. de adq. vel am.
poss.p) Cf. l. 9. §. vlt. π. de reb. cred.
vbi etiam Proculus statuit, solo animo adquiri possessionem, quia naturalem possessionem antecedere purabat, l. 9. §. 5. π. de adq. rer. dom.

q) l. 3. §. 3. π. de adq. vel am. poss.

r) NOODT probabil. L. II. c. 6.
§. 4.

s) BASILIC. Libr. L. tit. 2. in MEERMANN. Theb. Tom. V. p. 43.

sed eo sensu, quem cognitum reddidi, lectionem vulgatam, quam CVIACIVS ^{t)} et WIELINGIVS ^{u)} quoque retinent, defendendam esse censeo. Ceterum non vna est eademque interpretum opinio, vtrum caput laudatum pertineat ad thesaurem abusive sic dictum eundemque in dominio alterius adhuc positum ^{x),} an ad thesaurem quoque proprie sic dictum, qui quidem, domino notitiae hominum subducto, pro re derelicta habendus est ^{y).} Evidem non dubito, quin de thesauro proprie sic dicto quoque sermo sit propterea, quod, si eius tantum ratio habita fuisset, cuius dominus non ignoratur, PAVLVS cum SABINO non statuere potuisset, thesaurem ideo tantum non possideri, quia non sit sub custodia nostra, sed dicere debuissent, propter ea, quae sequuntur ^{z),} eo quoque casu, si sub custodia nostra sit, non possideri, nisi facta sit contrectatio. Etenim si possessor thesaurem, quem alienum esse scit, occupat, furtum committit, quod sine contrectatione ex eorum sententia, etiam res sub custodia nostra sit, cogitari nequit. Generaliter forte de thesauris egerunt ^{a),} et praetermissa speciali eius, cuius dominus non ignoratur, mentione, rationem tantum attulerunt,

C 2

quae

^{t)} CVIAC. ad LIL. LIV. Pauli ad in append. ad TIT. π. de adj. vel am. edict. et in comm. ad l. laudat.

^{u)} poff. de Thesauris §. 19. 20. in Meerm. Th. VII.

^{u)} WIELING. Iest iar. ciu. c. 19. et in iurispr. refit. in Practermiss. ad REINOLD. p. 241.

^{y)} BYNCKERSCH. obff. iur. Rom.

L. VII. c. 1. BACHOV. in comm. ad

§. 29. Iust. de iur. div. no. 1.

^{x)} Ita censet CVIAC. ad L. LIV. Pauli ad edict. et in comm. ad l. 3. §. 3. π. de adj. vel am. poff. CHES. interpret. L. II. c. 5. §. 3. DE RETES

^{z)} I. 3. §. 18. π. de adj. vel am.

poff.

^{a)} in l. 3. §. 3. π. cod.

quae in omnes causas fere conueniret, scilicet ideo non possideri thesaurum, antequam loco motus sit, quia non sit sub custodia nostra. Cum ex his adpareat, fragmentum de thesauro, proprie tie dicto, quem fundi possessio ad alium pertinere ignorat, vel maxime adcipiendum esse, facile intelligitur, in medio fragmento stare non posse, *sed et si sciat, non capiet longa possessione, quia scit alienum esse*, sed *tau quia commutandum in qua vel qui et haud dubie legendum est: sed et si sciat, non capiet longa possessione, qui scit alienum esse.* Progredior ad res, quae iam constitutae sunt in alterius dominio. Si iuris naturae placita perscrutamur, negari quidem nequit, rem inita conuentione in alium transferri, modo adcesserit traditio, nec tamen dici potest solam promissionem et conuentione, deficiente traditione efficere dominium. Is enim, cui pacto spes rei alicuius facta est, eum, qui promisit se datum, cogere ac compellere potest ad rem tradendam, minime vero dominio, quod demum traditione nascitur, gaudet, siquidem aliis eam ipsam rem, quam interea temporis bona fide nactus est, restituere iure non tenetur. His principiis imbuti legum Romanarum conditores ius in re demum traditione oriri tradunt, eaque nondum secuta vindicationi locum esse negant. Eodem modo de possessione iudicandum est; quatenus sua propria natura seu ex facto aestimatur. Commodis enim ei tributis non aliter honos est habendus, nisi reuera corporis traditio peracta sit. Memoratu digna sunt, quae a LABEONE et IAVOLENO ea de re tradita leguntur b). Labeo certum et indubitatum esse

iudi-

b) l. 51. π. de adq. vel am. poss.

iudicabat, me corpore adeptum esse possessionem, si aceruum lignorum emero, et eum venditor tollere me iussiterit, simulaque custodiam ipse suscepisset; sed dubium ipsi videbatur, an possessio animo tantum adquisita sit nec ne, si in proposita specie alium custodem posuisse, eamque ob causam ait videamus, ne haec ipsa corporis traditio sit: quia nihil interest, utrum mihi, an et cuilibet iussiterim custodia tradatur? IAUOLENS vero in eo putat quaestionem consistere an etiā si corpore aceruum lignorum, aut vino vendito amphorae adprehensae non sint, nihilominus traditae videantur, et nihil, inquit, video interesse, utrum ipse aceruum an mandato meo aliquis custodiatur; utrobique enim animi quodam genere possessio erit aestimanda. MERENDA c) eam Iauoleni mentem fuisse contendit, ut quaestionem ex Labeone tractatam non tam illustraret, quam obscuram redderet: NOODTIUS d) vero Iauolenum putat non reprehendisse Labeonem, sed eandem cum ipso tuitum esse sententiam. Iauolenus, qui nonnunquam magis cauillari, quam argumentis refellere ea videtur, quae a Labeone dicta sunt, e)

- priora verba fragmenti f) carpit, quibus Labeo contenderat, corpore me adepturum esse possessionem, si ipse custodiam suscepisset, nec tamen extra omnem dubitationem positum, an idem sentiendum sit, si alium custodem posuisse, adeoque quaestio-
- nem
- c) MERENDA controu. L. XII. et Procul. p. 50. seq. P. PH. WOLFHARD de posterioribus Labeonis. RV-
- c. 12. §. 14. 15.
- d) NOODT. Probab. L. II. c. 6. TIL. Vit. ICt. c. 47. BERTRAND,
- §. 5.
- e) V. l. 18. π. de fund. dotal. l. 44.
- π. de iniur. MASCOV. de scđ. Sabin. f) l. 51. π. de adq. vel am. poss.

nem rectius in eo positam esse notat, utrum corpore adquisita censeri possit queat ex eo solo, quod aut mihi aut alii meo nomine tradita custodia esset. Praeterea verbis posterioribus, quibus Labeo, siue mihi siue alii custodia tradita esset, corpore me re ipsa possessionem adquirere scriperat, contradicit, et utroque animi quodam genere possessionem aestimandam esse censet. Ingenue fateor, Labonis sententiam veriorem mihi videri, cumque non alienam esse ab indole possessionis facti. Corporis adprehensionem revera et secundum propriam possessionis naturam negare non possumus, si aut ipse aut alius custodiam meo nomine suscipiat, nec ad iuris fictionem, qua detentio forte intelligatur, confundendum est. Quemadmodum enim opera manuum ac pedum non necessario opus est, sed signa possessoris sufficiunt, quae rem ipsam adsciriunt et quemcunque alium certiore reddunt, rem desistere esse alterius, ita multo magis custodia corporalem detentionem innuit. Is igitur, qui rem emitam cuius possessionem vendor omisit, custodit, aut eam alii custodiendam commisit, non tantum affectu et oculis, sed reuera corpore possidet.

His principiis, quae proposui, viam, nisi mirifice fallor, patet, quaestioni de possessione per procuratorem adprehendenda dirimendae. Certum est constatque inter omnes, possessionem aut per nosmetipos adquiri posse, *g)* aut per alias, *b)* modo operam tantum accommodare seu ea mente adquirere velint, ut possessio nostra

g) l. 1. §. 2. π. de adq. vel am. poss. vel amic. poss. l. 53. π. de adq. rer.
b) l. 3. §. 12. l. 18. pr. π. de adq. dom.

nostra fiat; i) mandatum autem necessario requiri, et si non mandauimus, possessionem tantum aestimandam esse, inde ab eo tempore, quo apprehensionem ratam habuimus. ii) Sunt quidem, qui tradant aut tradere videantur contra artis rationem, utilitatis causa introducsum esse, ut per procuratorem adquiramus, iii) forte propterea, quia ex regulis iuris per liberas personas quae in potestate nostra non sint, nihil nobis adquiri potest. m) At modestinus n) docuit, illud quidem principium pertinere ad ea, quae in iure confidunt, non autem ad possessionem in facto positam, et ex sua et propria natura aestimandam ea quae ciuiliter adquiruntur, per eos, qui in potestate nostra sunt adquirimus, velut stipulationem: quod naturaliter adquiritur, scuti est possessio, per quemlibet, volentibus nobis possidere, adquirimus. Nulla profecto utilitatis iurisue ratio habenda est; nam licet animo tantum nostro, corpore tamen etiam alieno possidere possumus o), nihilque interest, vtrum ipsi corpore rem detineamus, an operae nostra vicariam amicorum fidem supponamus.

i) l. 1. §. 19. 20. l. 3. §. 12. l. 9. poss. l. 41. π. de usurp. PAVL. sen. l. 49. §. 1. de adq. vel am. poss. l. 5. tent. L. V. Tit. 2. §. 2.

l. 7. §. 1. π. de stipul. serv.

m) l. II. §. 6. π. de pignor. act.

k) l. 42. §. 1. π. de adq. vel am. n) l. 53. π. de adq. rev. dom. Cf. poss. l. II. §. 6. π. de pigu. act.

l) l. 1. §. 20. 21. π. de adq. vel am. o) l. 3. §. 12. π. de adq. vel am. poss.

SECT.



SECT. II.

Varia capita ex principiis de possessione facti traditis desinuntur.

§. I.

De traditione breui manu et constituto possessorio differitur.

Breui manu et iuris quoque beneficio adprehensa toties creditur possessio, quoties praeuia naturali detentione aliquis animo sibi habendi ex noua caufa rem possidere incipit. Si quis enim rem, quam commodauit aut locauit, commodatario aut conductori vendiderit, sunt, qui fingi opinentur, rem commodatam aut locatam ipsi domino restitutam, et ab hoc denuo traditam, adeoque a commodatario et conductori ex noua causa animo et affectu habendi adprehensam esse possessionem. a) Sed ingenue fateor, in hac specie nulla iuris fictione opus esse. Adprehensio ex propria possessionis natura, non iuris demum auxilio cognoscitur, quia non interest, titulum praecedat, an sequatur possessio.

In constituto, quod possessorium^{b)} vocant plerique iuris tantum fictione intelligi putant, possessorum, qui se constituit, nomine alieno rem possidere, eam tradidisse alteri, eumque possessionem transtulisse iterum in constituentem, quia is, qui nondum adprehendit rem, eius possessionem naturalem in alium transtulisse dici nequeat nisi iuris fictione. Verum enim vero, quo magis constat possessionis facti exemplum esse, vbi procurator volente eo,

qui

a) l. 62. pr. π. de cuiq. et §. 44. per conuentionem expressam aut tacite, si venditor ante rei traditionem eam conducat ab emtore l. 77.
l. de R. D.

b) Repetere solent ex l. 18. pr. π. de rei vind. vel yfumstruēm refinetat l. 28. C. de donar.

qui mandauit, operam suam adcommodat et alienae possessioni praefstat ministerium, eo minus eius vim in constituto possessorio negauerim. Constituens enim definit possidere et alium, modo hic sciat, suo ministerio reddit possidorem. c)

§. 2.

Quæstio veterum, de possessione plurium in solidum ex indole possessionis facti aestimatur, additis iis capitibus, quæ invi debentur.

Cum nimia obscuritate laborare ea fragmenta videantur, quibus possessionis plurium in solidum mentio sit, iam age videamus, num nubes iis obductas disiicere valeamus. Evidem Ictos non tam argumentum a dominii indole petuisse, quam potius ipsarum partium ad possessionem facti necessiarum, animi scilicet ac detentionis, rationem habuisse arbitror. PAULUS d) inquit munici-
p̄s per se nihil possidere possunt, quia vni (vniuersi) e) consentire non possunt. Forum autem et basilica hisque similia non possident sed pro-
missice utuntur. In quo tenendum, vsum fecerni a possessione, il-
lum tantum, non vero hanc pluribus in solidum deberi, quia vna eademque omnium ac singulorum voluntas esse nequit, eandem
rem tenendi. Praeterea idem f) ait non magis eadem possessio apud
duos esse potest, quam ut tu stare videaris in eo loco, in quo ego sto,
vel

c) CUPER de natura poss. P. I. c. 5. Recens über die Arten der Sachen, Be-
sitz, Eigenbaum u. Verjährung. (Lipz.
p. 64. not. 27. 1788.) §. 41.

d) l. 1. §. 22. π. de adq. vel am.

f) l. 3. §. 5. π. de adq. vel am.

e) WESTPHAL. System des röm. poss.

vel in quo ego sedeo, tu sedere videaris. Itē in eo consentiunt, quod eiusdem generis possessio duobus in solidum competere nequeat, quia absonum esset, duos in solidum percipere fructus, duos diversis personis, vtputa Meium Paulo, Titium Caio rem in solidum precario concedere g) aut eandem locare, duos quoque bona fidei possessores vscupare eosque dominos in solidum effici; minime autem in vna eademque re alterius naturalem, alterius vero ciuilem possessionem improbant, neque etiam eiusdem rei diuisae alium hanc, alium vero illam partem possidere posse negant. Si plures sint in fundo, qui ignorant, quotam quisque partem possidat, neminem eorum, mera subtilitate possidere, LABEO scribit. h) An vero possessio plurium in eadem re vel eodem fundo ita saltem cogitari possit, vt singulo cuique possessio totius corporis non diuisi pro parte cedat, dispiciendum est. CELSUS filius i) ait *duorum quidem insolidum dominium vel possessionem esse non posse, nec quenquam partis corporis dominum esse: sed totius corporis pro indiviso, pro parte dominium habere.* Mens ac sententia eius est, dominium plurium in solidum non dari nec in eiusmodi causa statuendum esse, vnumquemque partem corporis, quasi hoc diuisum esset, iure dominii obtinere, sed corpus manere indivisum, singulum tamen quemque in eo partem dominii habere. Mero subtilique iure haec ad possessionem plurium applicare non ausim, sed mallem contendere, e pluribus, si alias hanc, alias vero illam rei partem possidat, vnumcunque partis tantum, quam

g) l. 19. π. de preclar.

h) l. 32. §. 2. π. de usurp.

i) l. 5. §. vlt. π. commod.

quam tenet, possessorem esse, minime autem totius rei indiuisae partem possidere: nam eo sensu deest detentio, nisi forte quisque singulus, fere instar procuratoris, eius quoque partis, quam possidet, particulam ad alium pertinere velit; quae quidem postrema species ad ea redire videtur, quae de possessione per procuratorem acquirenda supra differui, atque eo modo certa quoque pars pro indiuiso possideri dicitur ^{k)}). His ita praemonitis rationes litis ea de re Sabinianos inter et Proculeianos enatae perscrutari lubet. PAULUS, qui l. 3. §. 5. π. de adq. vel am. poss. hanc controuersiam tractat refert, Sabinum in preclaro duos admisisse posseliores: idem probasse Trebatium eumque existimasse, posse alium iuste, alium iniuste possidere, duos iniuste vel duos iuste non posse. Quem Labeo reprehendit: quoniam in summa possessionis non multum interest, iuste quis, an iniuste possideat: quod est verius. Non magis enim eadem possessio apud duos esse potest, quam ut tu stare videaris in eo loco, in quo ego sto, vel in quo ego sedeo, tu sedere videaris. ^{l)} TREBATUS duos iuste, vel duos iniuste in solidum rem possidere non

D 2

posse,

k) l. 26. π. de adq. vel am. poss.

l) Varias opiniones, quibus huic controuerzie lumen adfundere studebant interpres, in medium adferre non adinet, sed cf. RETES in procl. ad Tit. π. de adq. vel am. poss. P. I. c. 2. §. 20-25. et in Tr. de Inverd. P. II. c. 1. §. 12 et 13. MASCOV. de scđt. c. IX. §. 28. VOET. ad tir. π. de adq. vel am. poss. §. 5. ad tir. π. de adq. vel am. poss. §. 5. ANTON. MERENDA controv. ur. L. XII. c. 6. 7. 8. 13 et 23. FRANC.

RAMOS DEL MANZANO in recit. Non vantiq. ad tit. π. de adq. vel am. poss. P. I. praecl. C. I. §. 2. 4. 8. 14. CVIAC. off. L. V. c. 22. IX. c. 32. XVIII. c. 24. IDEM comm. ad l. 3. §. 5. π. de adq. vel am. poss. BIG. GIVS in comment. ad l. 3. §. 5. π. de adq. vel am. poss. ALEXANDER TURAMINI ad l. 3. π. de adq. vel am. poss. (in op. Senis 1770. editis) p. 233. CYPER. de natura poss. P. II. c. 13-18.

posse, sed alium iuste, alium iniuste possidere contendit, m) nomine iniustae possessionis eam intelligens, quae vi, clam aut precastio tenetur; et ipsum caput sese refert ad interdictum vii possidetis. Nam, ut exemplo vtar, precastia possessio iniusta quidem est in doctrina interdictorum, quia praetor in interdicto vti possidetis illam aduersus eum, a quo quis precastio possidet, non tuerit, nec in interdicto vtrubi olim aduersus extraneum quoque tueri solitus est. n) Caeu etiam existimes, in specie proposita possessionem diuersi generis occurtere, naturalem eius, qui rem precastio adcepit; et ciuilem alterius, qui eam precastio dedit, sed obserues velim, precastiam possessionem in interdicto vti possidetis iuris auxilio esse ciuilem, siquidem Praetor eam aduersus extraneos tuetur, et ita quoque in interdicto vtrubi inde ab iis temporibus, quibus interdicto vti possidetis exaequatum fuit. o) LAREO et PAULUS sententiam Sabini et Trebatii reprehendunt adiecta ratione, quia in summa possessionis non multum interest, iuste quis an iniuste possideat; p) sed quam dissentendi causam habuerint, inter interpres parum constat. B. WESTPHAL. q) conicit, Labeonem et Paulum contra mentem et sententiam Trebatii sub iniusta possessione eam intellexisse, quae iusta causa seu titulo

non

m) Cf. l. 19. pr. π. de precar. l. 3. diff. de natura et inbole possessionis ad pr. π. vti possid. l. 5. §. vlt. π. com- interdicta vti possideris et virnbi red- mod.

n) l. vlt. π. de adq. vel am. poss. p) l. 3. §. 5. π. de adq. vel am. l. 1. §. vlt. l. 2. π. vti possid. l. 17. poss.

π. de precar. et l. un. §. I. π. virnbi q) WESTPHAL. System des röm. PAVLI senz. L. V. Tu. 6. §. I. Rechts über die Arten der Sachen etc.

o) V. quae dicta in Cons. KLEFII. §. 65. p. 68.

non nitatur eoque sensu veram esse Labeonis et Pauli opinionem: nam cum in materia possessionis non ad rem pertineat, utrum possessor titulum adlegare queat nec ne, neque tituli saltem possessionem diuersi generis efficiant, reuera, si eo sensu dicta Trebatii expendere velimus, possessio plurium vinis eiusdemque generis deprehenderetur. Haec sententia, vtut acute et ingeniose prolati, mihi tamen propterea non arridet, quia verisimile non videtur, Labeonem et Paulum eo sensu intellectissime possessionem iniustum; nam de interdicto vti possidetis agitur, in quo possessionem ab omni tituli notione alienam esse res satis nota ac peruvulata erat, nec igitur puto. Ictos laudatos credidisse aut credere voluisse, Trebatium de titulo possessionis animo cogitasse. Altius profecto causa dissensionis repetatur necesse est. Quanquam in eodem tempore conueniunt, quod duo in solidum iisdem effectibus possessionis frui nequeant, nihil tamen impedit, quo minus iuris fictione duo eodem tempore diuersae naturae effectibus eiusdem possessionis fruantur. Ita v. c. debitor rem pignori traditam possidere fингitur ad usurpationem, ^{r)} eodem tempore, quo creditor interdicto defenditur. ^{s)} Possessionem duorum in solidum eamque civilem, alterius iustum alterius iniustum defendi posse Trebatius iudicat. ^{t)} Is enim, qui vi clam aut precario possidet, iniuste quidem, sed ciuiliter possidet et interdicto gaudet aduersus quemcumque extraneum, cui possessionem non debet: is vero, qui rem precario alteri

^{r)} l. I. §. 15. l. 36. π. de adq. vel obſſ. l. II. c. 7. 8. Conf. KLEPIVS am. poſſ. l. 16. π. de usurp. diff. cit. c. 2. p. 27.

^{s)} l. 35. §. 1. π. de pign. act. ^{t)} l. 3. §. 5. π. de adq. vel amisti. CIVIAC. obſſ. l. XI. c. II. NOCDT. poſſ.

alteri concessit, quoque ciuiliter possidet, aut is cui possessio vi
aut clam erepta est, ciuiliter possidere iure fungitur, quatenus ip-
sis interdicta, quibus alius experiri velit, detimento esse nequeunt,
Iis principiis, quae proposui, nec Labeo nec Paulus refragantur,
Trebatiū tamen propterea reprehendunt, quia contendereat,
posse alium iuste, alium iniuste eandem rem possidere. Eam qui-
dem differentiam a Trebatio oblatam adcidentalem esse censerat,
nec ita comparatam, ut diuersam efficiat possessionis substantiam,
sicut e verbis *in summa possessionis* colligere licet: saluam potius et
illibatam esse possessionis in facto positae indolem, neque
effectuum vnius eiusdemque generis ratione habita, possessionem
plurium in solidum vlo modo defendi posse. u)

§. 3.

*Sententia iuris auctorum, possessionem partis incertae, generis corporum et re-
rum incorporalium, negantum, expenditur.*

Ex iis, quae de indole possessionis facti exposui, fragmenta
digestorum, quibus de partibus rei incertis, genere corporum,
et rebus incorporalibus agitur, haud scio an perperam illustrare
ausim. Sed singula iam sigillatim pertractare iuuat. Incertam
rei partem possidere nemo potest, quia deest detentio, etiam si
quis ea mente sit, ut quidquid alius possidet, ipse quoque possi-

u) Si interdictum unde vi con- de vi et vi arm. qui a me vi possidebat,
templatur, effectum adeo duarum si ab alio deicitatur habet interdictum
iniustarum possessionum occurrere, pater, quae quomodo intelligenda
de quo Trebatius animo non cogi- fint, alio tempore exponam.
tauit, e verbis Vlpiani l. I. §. 30. π.

dere velit; x) ideoque mero subtilique iure, si plures sint in fundo, qui ignorant, quotam quisque partem possideat, neminem eorum possidere LABEO y) scribit. POMPONIUS z) rationem adfert, cur ita tibi tradere non possim, quidquid mei iuris in eo fundo est, iis verbis qui ignorat, nec tradere, nec adipere id, quod incertum est, potest.

In enucleanda quaestione, an rerum mixtura vsucaptionem cuiusque praecedentem interrumpat, POMPONIUS a) tria ponit corporum genera: unum, quod continetur uno spiritu ($\tau\eta\sigma\mu\phi\eta\alpha$) et graece ἑνωμένον, i. e. unitum vocatur, ut homo, tignum, lapis et familia: alterum, quod ex contingentibus, hoc est, pluribus inter se cohaerentibus constat, quod συνημμένον, id est, connexum vocatur, ut aedificium, nauis, armarium, quod AVLVS GELLIVS b) adiunctum sive connexum interpretatur, VITRVVIVS c) coniunctum, SENEC d) compositum. Tertium, quod ex distantibus constat, ut corpora plura non soluta, sed uni nomini subiecta, veluti populus, legio, grex. De primo genere, quippe quod quaestionem non habet, disputare non adinet. De secundo genere non vna eademque deprehenditur ICtorum opinio. PAVLVS e) inquit, qui uniuersas

aedes

x) l. 3. §. 2. π. de adq. vel amitt. p. 1670. CHRIST. FRID. GE. MEISTER de philosophia Iuriscons. Romanorum stoica in doctrina de corporibus eorumque partibus. Goett. 1756.

y) l. 32. §. 2. π. de usurp.

z) l. 26. π. de adq. vel am. poss.

a) l. 30. π. de usurp. Cf. IAC. CVIAC. lib. XXVI. c. 40. IO. ANT. MVRRET. ad Senec. lib. II. nat. quaest. cap. 2. EVERARD. OTTO in Alfeno Vero cap. VII. Tom. V. thes. iur. civ.

b) AVL. GELL. Lib. XVI. c. 8.

c) VITRVV. Lib. V. c. 4.

d) SENEC. Lib. XVII. op. 103.

e) l. 30. π. de adq. vel am. poss.

aedes possidet, singulas res, quae in aedificio sunt, non videtur possidere. Idem dici debet et de naue et de armario, IAVOLENVS f), tradit, eum qui aedes mercatus, non puto aliud, quam ipsas aedes possidere. Nam si singulas res possidere intelligeretur, ipsas aedes non possidebit: separatis enim corporibus, ex quibus aedes constant, uniuersitas aedium intelligi non poterit. Ea quae IAVOLENVS de aedibus, id est, de rebus immobilibus tractat, communiquerunt VLPIANVM g), vt de rebus mobilibus quoque statueret, sed si rotam meam vehiculo optaueris, teneberis ad exhibendum. Et ita Pomponius scribit: quamvis tunc ciuiliter non possideas. Verum enim vero LABEO, libris epistolarum h), cuius sententiae POMPONIVS non intercedit, opinatur, res quoque singulas veluti tegulas aut columnas possideri, nec coeptam cuiusque rei vscacionem interrumpi, etiamsi aedificio postea fuerint iunctae. POMPONIVS i) idem statuendum esse censet in his, quae non quidem implicantur rebus soli, sed

f) l. 23. π. de usurp. BEST. rat. emend. LL. c. 17. §. 10.

g) l. 7. §. 1. π. ad exhib.

b) l. 30. §. 1. π. de usurp. CVIAC. ad l. 30. π. de usurp. hos libros a Labeone profectos negat, sed legendum IAVOLENVS iplamque legem cum l. 23. π. de usurp. ex Iavoleni l. IX. epistolarum de prompta conjugendam esse docet. Consulendi sunt ii, qui scripta Labeonis ordine enarrarunt, maxime praeter BERTRANDVM de iuriis peritis p. 72. f. egg. WIELINGVM iurispr. refit. in indice

ICtorum alphabetico p. 80. MENAGIVI annoen iur. ciu. c 20. ET BACH. b. f. iurispr. Rom. L III. c 1. S. 6. §. 20. CVIACII sententiae suffragari non possunt, quia Iavolenus l. 23. c. 1. inquit, singulas res aedificio iunctas non possideri; ex l. 30. §. 1. c. iii. vero appetet, eiusmodi res quoque possideri, adeoque ea, quae in utraque lege continentur, vni eidemque Iureconsulto tribui nequeunt.

i) l. 30. §. 1. π. de usurp.

mobilia permanent, adeoque, si gemma auro inclusa fuit, utramque speciem, quia integra manet, recte possideri et usurcapi. Eius sententiae *V L P I A N U M* k) forte rationem habuisse non abhorret sed si rotam meam vehiculo aptaueris, teneberis ad exhibendum. Et ita *POMPONIUS* scribit: quamuis tunc ciuiliter non possideas: iis enim verbis, quamuis tunc ciuiliter non possideas, Pomponio contradicit, et res singulas, e quibus vehiculum constat, ciuiliter possideri negat.

In tertio genere veluti grege, singulorum tantum animalium possessio et usurcacio est. Grex igitur neque ut *τομητέον*, neque ut *συντομητέον* corpus usurcipitur, sed singula gregis capita per se possidentur et usurcipiuntur l).

Iam quae de natura possessionis in facto positae strictim summatimque dicta sunt, in rebus tantum corporalibus locum inuenire, nec ex placitis iuris Romani res incorporales possideri posse m), ne dupondius quidem ignorat. Veteres enim Iureconsulti imprimis inde ab iis temporibus, quibus Stoicorum praecepta Romae inualuerunt, omnes reliquos ad tactum tanquam primarium sensum referebant, corpusque definiebant, quod tangi posset, atque inde corpora sola esse, res vero incorporales, i. e. omnia

iura

k) l. 7. §. 1. π. ad exhib.

Darstellung der Lehre vom Besitz i. Tb.
2. Kap. 1. Abs. §. 45.

l) l. 30. §. 2. π. de usurp. WESTPHAL. System des röm. Rechts über die Arten der Sachen, Besitz, Eigentum und Verjährung §. 45. SPANGENBERG. Versuch einer systematischen Darstellung der Lehre vom Besitz i. Tb. 2. Kap. 1. Abs. §. 45.

E

iura non esse, sed intelligi adfirmabant ⁿ⁾). Omnis igitur et possessionis et traditionis notio non poterat non iis plane aliena videri a rerum incorporalium natura ^{o)}). Quasi possessionis notionem, quam sensim paulatimque introductam esse constat, usu iurius pro possessione agnito ^{p)}, ex regulis interpretandi, quibus me inhaerere libelli ratio iubet, infra pertractabo.

S E C T. III.

Principia exhibentur, quae in adprehendenda possessione ex iure repetenda sunt.

§. I.

Animum possidendi nonnunquam iuris fictione suppleri demonstratur.

Explicatis iis principiis, quae a propria ac nativa possessionis facie proficiscuntur, ad ea capita progredior, quae in adprehendenda possessione iuri tantum debentur. Supra iamiam tradi, nunc partes possessionis facti, quae nonnunquam desunt, iuris fictione suppleri, nunc autem possessionem facti, quam reuera cognoscere licet, iure non intelligi. Utriusque fictionis vim ac potestatem indagare placet. Quod primam attinet, adcipias velim, exempla, quibus animus seu propositum tenendi, quo possessor destitutus est, iure fingitur, ab iis secernenda esse, quibus corporalis detentio, quam desideramus, iuris auxilio tantum intelligitur.

Vt

n) CICER. *Top.* c. 5.

cf. *Pr. I. de interd.* l. 23 §. 2. π. ex
quib. cauf. maj. l. 20. π. de serv.
de usfr. c. 22.

o) NOOPT. *Prob.* l. II. c. 3. *Lib. I.*

quib. cauf. maj. l. 20. π. de serv.

præd. verb. l. 10. π. si serv. vind.

de usfr. c. 22.

p) l. 2. §. 3. l. 15. §. 2. π. de precar.

Ut omnia ordine persequar, animum aduertere iuuat iis exemplis, quibus propositum possidendi sola iuris autoritate nititur. Infantes, quorum nullus est sensus adcipiendi possessionem, possidere recte possunt, si autore tuteore coeperint, *a)* iisque, licet donationem acceptare nequeant, *b)* rerum iam donatarum vacua possessio tradita corpore quaeritur, uti rescribit Imp. DECIVS: *c)* Quod quidem rescriptum nec ad solam donationem, nec ad res mobiles donatas tantum referendum esse existimo. Largior quidem, non ultra traditionem vacuae possessionis producendum esse, ad quamcumque tamen possessionis acquisitionem pertinere tam ratio generalis tam Basilicorum, *d)* quibus mentio donationis praetermissa est, autoritas edocet; neque res immobiles exclusas esse, vel sola constitutionis verba probant, quae in res immobiles quoque cadunt. Praeterea per tuteorem ignorantis pupillo, per curatorem ignorantis minori ac furioso *e)*, nec non per procuratorem, cui generalis negotia administrandi potestas data est, nobis adeo ignorantibus *f)* possessio adquiri dicitur. Quanquam supra docui, municipes ideoque alias quoque vniueritatis et corpora ex

E 2

indole

a) I. I. §. 3. I. 32. §. 2. π. de adq. vel am. poss. Pupillus, qui annos infantiae egressus est, etiam sine tutoris autoritate possessionem nancisci potest, modo eius aetatis sit, ut intellectum capiat. Haec quidem species a propria possessionis naturae non recedit.

b) I. 26. C. de donat.

c) I. 3. C. de adq. et ret. poss.

d) Basl. Lib. I. tit. 2. in Meerm. Thesf. T. VII. p. 49.

e) I. I. §. 20. I. 47. §. 2. π. de adq. vel am. poss.

f) §. 5. I. per quas personas cuig. adg. I. 34. §. 1. I. 49. §. 2. π. de adq. vel am. poss. In I. 1. C. de adq. et ret. poss. hoc ius tam ratione utilitatis, quam jurisprudentia receptum esse dicitur.

indole possessionis facti possidere non posse *g*), **VLPIANVS** *h*) tamen refert, municipes et possidere et usucapere posse; idque iis et per seruum et per liberam personam adquiri. Ita quoque **NERVA** filius *i*) ait, municipes per seruum, quae peculiariter adquisierint, et possidere et usucapere posse. Sed quidem contra putant: quoniam ipsos seruos non possideant. Quidam enim in causa, de qua agitur, possessionem municipum et vniuersitatum defendi posse negabant; quia, si domino iuris fictione cedere debeat possessio, quae per seruum adprehensa fuit, ipsius serui possessio requiritur; hac autem vniuersitates defitutas esse, ex iis, quae de natura possessionis facti supra differui, luculenter appareret. Vlpiani et Nervae opinioni duplex fictio ineft, altera, qua domino possessio per seruum adquisita tribuitur, altera vero, qua fundamentum quoque, ipsius scilicet serui possessio, suppletur.

§. 2.

Corporalem detentionem, quae in adquirenda possessione saepe dicitur, iuris fictione intelligi, exemplis comprobatur.

Regulae artis, quas in eruenda possessionis doctrina obseruare decreui, exempla proponi iubent, quibus corporalis detentio, quae reuera dicitur, iuris fictione suppletur. Tria in primis in hunc censum referenda esse arbitror, traditionem longa manu et symbolicam, nec non quasi possessionem rerum incorporalium.

Certum

- g) l. 1. §. vlt. π. de adq. vel amitt. poff.* *i) l. 1. §. vlt. π. de adq. vel am. poss. Cf. l. 2. l. 7. §. I. π. quod cuiusc. viuiu. nom. VLPIAN. fragm. tit. XXII. §. 5. ibique SCHVLTING.*
b) l. 2. π. eod.

Certum quidem est et indubitatum, longa manu, id est, oculis et adfectu traditionem perfici posse, sed singula fragmента, quibus ICti de ea praecipiunt, an juris praesidio interpretanda sint nec ne, vltiori disquisitione dignum videtur. PAVLVS k) inquit: *si iusserim venditorem procuratori rem tradere, cum ea in praesentia sit: videri mihi traditam Priscus ait, idemque esse, si nummos debitorem iusserim alii dare: Non est enim corpore et actu necesse adprehendere possessionem, sed etiam oculis et adfectu. Legendum haud dubie corpore et tactu l)*, propter versionem Graecorum, *Oὐ γὰρ μνῶν ὅπερα τὸν ἄφειν εἶ τὸν γονυ* etc. m) Exemplum autem, quod Paulus n) suppeditauit, a propria possessionis natura non recedit. Nam si res procuratori aut alii, cui iusserim debitorem dare, tradita est, speciem possessionis facti deprehendi ex iis quae supra dixi, elucescit. Verba Pauli: *non est corpore et tactu necesse adprehendere possessionem sed etiam oculis et adfectu, tantum vera sunt, quatenus traditionis, quae symbolica audit, exemplum quoque verbis subsequentibus adferunt.* Sententia CELSIO possideo, si venditorem, quod emerim, deponere in mea domo iusserim, quanquam id nemo dum attigerit, naturae possessionis facti censentanea est: sed verba eiusdem aut si vicinum mihi fundum mercato venditor in mea turre demonstret, vacuanaque se possessionem

k) l. I. §. 21. π. de adq. vel am. poss. n) l. I. §. 21. π. de adq. vel am. poss.

l) GROTIUS flor. pars. ad l. land. poss.

ANT. FABER de error. Prag. Dec. 75. o) l. 18. §. 2. π. de adq. vel am. poss.

Err. 2. NOOT Prob. L II. c. 6. poss.

m) MEERM. Thes. Tom. V. p. 43.

fectionem tradere dicat, iuris tantum fictione intelliguntur. Effata IAVOLENI p) percuniam, quam mihi debet, aut aliam rem si in conspectu meo povere te iubeam: efficitur, ut et tu statim libereris, et mea esse incipiat. nam tum, quod a nullo corporaliter eius rei possessio detinatur, adquisita mihi, et quodammodo manu longa tradita exsimanda est, revera exemplum possessionis iuris interpretatione aestimandae praebent, si res non in partibus aedium mearum positae fuerint. Cum mea sententia is, qui nec ipse adprehendit rem, nec custodem aut procuratorem constituit, nec signis ipsi rei adpositis indicavit, rem ad se pertinere, possessionem facti habere nequeat, non potest non ea possessio, quae per symbola adquiri dicitur, iure tantum praesidium inuenire. Ita PAVLVS q) ait, *vina tradita videri, cum claves cellae vinariae emtori traditae fuerint.* PAPINIANVS r) vero, *clauibus traditis ita mercium in horreis conditarum possessio tradita videtur, si claves apud horrea traditae fuerint; quo factio emtor dominium et possessionem adipicetur, et si non aperuerit horrea.*

Superest, ut ad quaestionem, quorsum quasi possessio rerum incorporalium referenda sit, respondeam. Si propriam possessionis naturam contemplamur, perspicuum est, et inter omnes constat, res tantum corporales possideri; et possessionis vim plane alienam esse a rebus incorporalibus, quarum detentio corporalis cogitari nequit; pedetentim autem usu iurium pro possessione agnito

p) l. 79. π. de solap.

q) l. 1. §. 21 π. de adq. vel am. posse. Cf. l. 9. §. 6. π. de adq. res dom.

r) l. 74. π. de convr. emr. Sic quoque olim iam urbes clavum traditione traditae leguntur. Cf. ALTESERRA de fiction. iur. Tr. III, cap. 4.

agnito, quasi possessionis notionem inualuisse. Quae cum ita sint, nullus profecto dubito, quin rerum corpus non habentium possessio iis causis adnumeranda sit, quibus corporalis detentio iure suppletur. Largam disputandi materiam praebet CONSTANTINI IMP. rescriptum ad Maternum quendam :) nemo ambigit, possessionis duplēcē esse rationē, aliam quae iure consitit, aliam quae corpore. Utramque autem ita demum esse legitimā, cum omnium adversariorum silentio et taciturnitate firmatur. Interpellatione vero et controuersia progreſſa non posse eum intelligi possētorem, qui licet possessionem corpore teneat; tamen ex interposita contestatione et causa in iudicium deducta super iure possessionis vacillet ac dubitet. Verba possessionis duplēcē esse rationē, aliam quae iure consitit, aliam quae corpore, confutatis CVIACI¹⁾), WISSENBACHII^{u)}, PEREZII^{x)}, nec non MERILLII^{y)} VINNII^{z)} ac MERENDAE^{a)}, vocabula ius et corpus de attributis possessionis licet vario modo intelligentium, opinionibus, omnium optume interpretatur CUPERVS^{b)} de materia possessionis, ita ut sensus sit, duplēcē esse rationē possessionis, aliam, quae occurrit in iure, aliam, quae in corpore, siue, aliam, quae versatur circa ius, aliam, quae circa cor-

pus

1) I. 10. C. de adj. ee retia. poss.

z) VINN. in comm. ad §. 5. I, de inserd. num. 4.

2) CVIAC. obſſ. L. IX. c. 33.

a) MEREND. controv. iur. L. XII.

XVIII, 24. et in comm. ad b. t. C.

c. 15. num. 7 et 8.

u) WISSENBACH ad b. t. C.

b) CUPER. obſſ. select. de natura

x) PEREZ. ad b. t. C. num. 2 et 3.

possessionis C. IV.

y) MERILL. obſſ. L. II. c. 32.

pus i). Praeterea ipsum rescriptum non de interdictis, quidquid contradicat CVIACIVS ^{a)}, WISSENBACHIVS ^{c)} et PEREZIVS ^{f)} nec de vfucapione, sed de longi temporis praescriptione adcipendum esse recte docet GALVAN. ^{g)} et POTHIER. ^{h)} eiusque sensus eruendi causa in locum vocabuli *progreſſa* substituendum *prae-
gressa* ⁱ⁾ et in verbis *ex interposta contemplatione super iure possifionis
vacillare praepositioni ex graecae versionis* ^{k)} ad instar: ἀλλ αφ'
ἢ γεννηται προκαταεξει, εἰ ἐστιν ἀσφαλης η νομη subiungas signifi-
cationem temporis, a quo incipiat vacillatio. Tyronum causa
iis, quae tradidi, bina verba adiiciam necesse est. Rescriptum
laudatum non intelligendum esse adserui de attributis possessionis,
scilicet de possessione naturali et ciuili. Ratio in promtu est.
Nam Constantinus de praescriptione loquitur, et neminem fugit,
naturalem possessionem non sufficere praescriptioni. Praeterea
non agitur de interdictis, quia interpellationis litis contestatione
enatae mentio fit, nec, si verba rescripti de possessione naturali
et ciuili adcipere malles, interdictorum ratio habenda, quia natu-
ralis

^{c)} Cf. l. 2. §. 3. π. de precar. l. 3. §. 1. π. de bon. poss. l. 3. π. de in fin.
jéruit. l. 20. pr. π. de jér. præd. vrb. l. 3. §. 1. π. de vfufi. §. 2. 3. f. de rebus corp. l. 2. §. 1. π. de reb. cred. l. 66. §. 6. π. de legat. 2.

^{d)} CVIAC. obſſ. L. IX. c. 32. et in comm. ad b. t. in Proleg. Oper. T. IX.

^{e)} WISSENBACH ad b. t. C.

^{f)} PEREZ. ad b. t. C. num. 2 et 3.

^{g)} GALVAN. de vfufi. c. 33. §. 12.
^{h)} POTHIER. in Pand. Iustinian. ad tit. de vfufi. num. 61.

ⁱ⁾ Verba prōredi et prægredi ob compendiarias scribendi notas saepe a librariis confusa esse, inter alios docet DRACKENBORCH. ad Lib. VI. c. 40. §. 1. ad Lib. IX. c. 10. §. 7. et Silitum Italic. Lib. XVII. v. 56.

^{k)} Cf. Baſil. Lib. L. Tit. 2. in Meerm. Theſ. T. V. p. 50.

ralis possessio non defenditur interdictis. At enimvero ipsum rescriptum, inquit, eodem saltem iure ad usucaptionem applicari posse, quo de praescriptione longi temporis interpretandum esse docui. Huic quoque dubitationi via praeccluditur, si animo perpendas, usucaptionem ex placitis iuris Romani addictione et adiudicatione ^{l)}, praecriptionem longi temporis litis contestatione ^{m)}, praecriptionem longissimi temporis sola in ius vocatione interrumpi ⁿ⁾. Cum igitur litis contestationis mentio fiat, rescriptum tantum de praescriptione longi temporis intelligi debet, et sententia Imperatoris plana et perspicua redditur, duplice esse rationem possessionis, aliam, quae versatur circa ius, aliam, quae circa corpus: at enim utramque ita demum esse legitimam et proficere ad praescriptionem, si omnium aduersariorum silentio per decem aut viginti annos firmetur: fin autem statu tempus praegressa controvicia situm, non posse legitimum intelligi possessorem, qui licet possessionem corpore teneat, super iure tamen possessionis vacillet, ex quo interposita contestatio, et mota olim controvicia fuit.

Ceterum tenendum est, in uno eodemque possessorum saepe possessionem ipsius rei naturalem, et quasi possessionem iuris distin-

D) I. 14. π. fam. ericst. l. 2. §. 21. rupture usucaptionis ac praescriptionis pro emt. Cf. l. 2. π. pro donat. et nis. Lips. 1793. Cap. IV.
l. 9. §. 5. 6. π. ad exhib. VILIAN. m) l. 26. C. de rei vind. l. 10. fragm. Tit. XIX. §. 2. et 16. B. C. de praefcr. long. temp. et l. 2. C.

WINCKLERI diff. discriminem inter litis eod. n) Conf. Chr. WINCKLER diff. contestationem iure veteri ac hodierno. Lips. 1751. Seft. 2. §. 4. et Conf. de interruptione usucaptionis ac prae-
CHRIST. WINCKLER diff. de inau-

distingui. Ita fructuarius rem, iure vſusfructus dataim, naturaliter, id est, nomine alieno tenet o), sed quasi possessionem iuris, scilicet ipsius vſusfructus, ciuiliter, id est, nomine suo p). Iam verbo interdicta, quae naturali possessori ordinarie denegantur q), fructuario dantur, non propter naturalem rei sive corporis possessionem, sed quia ciuiliter possidet ius vtendi fruendi, seu vſum fructum ipsum r). Idem quoque dicendum est de emphiteuta et superficiario: nam et hi rei corporalis naturali, sed ipsius iuris ciuili gaudent possessione: id quod ex eo iam probatur, quod utile tantum interdictum vti possidetis iis soleat reddi s).

§. 3.

Possessioni facti suepe iuris fictionibus vim et potestatem ademam esse demonstratur.

Investigatis iis accessionibus, quas possessio sensim paulatimque iuris praesidio nacta est, ea quoque capita, quae iuris autoritate possessioni facti decreuerunt, curam diligentiamque nostram desiderant. Varia huius rei inuenisse et collegisse videor exempla, quibus partes possessionis, quae reuera occurrunt, aut propter

o) l. 12. pr. π. de adq. vel am. poss. de rei vind. l. 13. §. 12. π. de ladq.
l. 6. §. 2. π. de precar. l. 49. pr. π. vel am. poss.
de adq. vel am. poss. l. 5. §. 1. π. ad exhib. l. 10. §. vlt. π. de adq. rer. dom:

p) l. 23. §. 2. π. ex quib. cauf. mai.

l. 10 C. de adq. et rer. poss.

q) l. 3 §. 8. π. vti poss. l. 9. π.

r) l. 4. π. vti possid. l. 3. § 13-17. π. de vi et vi arm. Noodt. de vſu fr. L. II. c. 16.

s) Biccivs de possessione duorum P. I. §. 110. III. et 112. p. 72.

pter utilitatem publicam, aut propter rationes a dominii indele
repetitas, iuris fictionibus reprobantur. Hoc autem sensu possi-
deri nequeunt res commercio exemptae, veluti res sacrae, religiosae,
vniuersitatis et aliae*t.*). Locus sacer aut religiosus ne possideri
quidem dicitur, etiam si possessor religionem contemnat aut pro-
priato locum teneat *u*). Liberum hominem non possidere pos-
imus, quamvis illum vinxerimus, aut pro seruo habeamus, con-
ditionis illius non ignari *x*) nec Iauoleno *y*) teste rerum natura
recipit, ut per eum aliquid possidere valeamus, quem ciuiliter in
nostra potestate non habemus. Idem *z*) quoque refert, eum, qui
scit, hominem liberum esse, quamvis hic conditionem suam
ignoret, non possidere. Haec, quae dicta sunt, satis superque
probant, liberum hominem possidere posse ab eo, qui condicio-
nis illius ignarus pro seruo eum habeat. PAVLVS *a*) quidem
tradit, eum, quem mala fide possidemus, nec nobis, nec sibi met-
ipsi possessionem adquirere, sed obseruandum est, in capite lau-
dato verba *mala fide* referenda esse ad possessorem, qui liberum
hominem, quem possidet, seruum quidem, non tamen suum,
sed alienum esse putet *b*) ; in qua quidem specie possessio, quae

F 2

ab

x) *I. 1. §. 22. I. 30. §. 1. π. de adq. vel am. poss.*

*u) I. 30. §. 1. de adq. vel am. poss.
CVIAC. comm. ad I. 34. de verb. obl.*

*xx) I. 23. §. 2. π. de adq. vel am.
poss. I. 34. in fin. π. de stipul. seru.
Cf. I. 30. §. 1. π. de adq. vel am.
poss. I. 23. pr. ex quib. caus. mai. I. 41.
in fin. π. de reb. cred.*

*y) I. 23. §. 2. π. de adq. vel am.
poss.*

z) I. 34. π. de stipul. seru.

*a) I. 1. §. 6. π. de adq. vel am.
poss.*

*b) I. II. π. ex quib. caus. mai.
I. 23. pr. cod. I. II 8. π. de reg. iur.*

ab eo; qui possidetur, adprehensa est, interea temporis penes neminem erit. Sed haec de materia, quae iuris contemplatione possessionis notionem non admittit, proposuisse sufficient. Superest, ut de personis quoque dicatur, quibus possidendi facultas iuris auctoritate denegatur. Saepe in possessoribus partes possessionis facti animaduertere licet, adfectus autem sibi habendi iuris fictione deesse intelligitur, eoque modo vxor iure ciuili non possidet rem a marito donatam ^{c)}, nec filiis familias et serui possidere dicuntur ^{d)}, nec ii omnes, qui rem aliquam tenent, pro possessoribus ciuilibus habentur, quamdiu leges alium possidere fingunt ^{e)}. In eiusmodi causis memoria eorum, quae Cap. II. pertractauit, reuocanda est, et perpendendum, solos detentores tantum naturaliter possidere; iis autem, qui pro possessoribus ciuilibus habentur, animum esse possidendi, et detentionem, qua destituti sunt, iure suppleri. VEPIANO ^{f)} autore exploratum habemus, naturalem possessorum interdictis vti possidetis aut vtrubi experiri non posse; nec eam quoque possessionem, quae, vtut, si veritatem spectes, cum animo sibi habendi coniuncta sit, pro nuda detentione seu naturali possessione legibus habetur, sufficere, exemplum coniugis donatarii probat, qui interdictis vti possidetis et

^{c)} l. 26. pr. π. de donat. inter Vir. rer. dom. l. 118. π. de reg. iur. l. 21. et Vx. l. 46. eod. l. 16. π. de adj. vel π. ad l. Iul. de adulst. am. poss.

^{d)} l. 49. §. 1. l. 24. π. de adj. vel de adj. vel am. poss. l. 38. §. 7. π. de verb. obl. l. 93. π. de reg. iur. Cf. l. 1. §. 6. de adq. vel am. poss. l. 54. §. ult. de adj. π. vti poss.

^{e)} l. 6. §. 1. l. 18. §. 3. l. 46. π.

am. poss.

obl.

^{f)} l. 9. π. de rei vind. l. 3. §. 8.

vtrubi aduersus neminem defenditur, quia ipsius possessio nudae
tantum detentioni aequiparatur g). Ita quoque PAVLVS lib. 7.
ad Sabinum h), si eum, qui mihi vendiderit, iusserim, eam rem vxori
meae donationis causa dare, et is possessionem iussu meo tradiderit, libe-
ratus erit: quia licet illa iure ciuili possidere non intelligatur, certe
tamen vendor nihil habet, quod tradat. Attamen veteres hoc in
loco inter se diffensissime variis fragmentis patet i), et ipse PAV-
LVS lib. 54. ad edictum k) refert: si vir uxori cedat possessionem
donationis causa, plerique putant, possidere eam: quoniam res facti
infirmari iure ciuili non potest. et quid attinet dicere, non possidere mu-
tierem, cum maritus, vbi noluit possidere, protinus amiserit possessio-
nem? Paulus eos reprehendere videtur, qui propter illud princi-
pium rem facti iure ciuili infirmari non posse, contrariam opinio-
nem amplectebantur hoc adiutus argumento, quod leges saepe
singant, non possidere eum, qui reuera possideat; in ea autem
causa, quam tractat, ipsam quaestionem non necessariam esse
censem, quoniam id inutile futurum sit marito, cum eius con-
templatione, vbi noluit possidere, amissa sit possessio.

Sententiae VLPIANI l), qui naturalem possessionem ad inter-
dictum unde vi pertinere tradit, sed non eam, quae reuera solo
corpore constat, vel ut coloni m), exceptio inest, quae regulam
firmat,

g) l. 26. pr. π. de donat. inter Vir. l) l. 1. §. 9. π. de vi et vi arm.

et Ux.

b) l. 26. π. de donat. inter V. et U. m) Cf. l. 2. §. 2. π. pro hered.

i) l. 1. §. 2. π. pro donat. l. 1. §. 9. l. 35. π. fam. ercifc. l. 10. §. 1. 2. π.

10. π. de vi et vi arm. l. 46. π. de adq. rev dom. l. 79. π. de adq. vel

don. inter Vir. et Ux. omitt. hered.

k) l. 1. §. 4. π. de adq. vel amis. poss.

firmat, possessionem coniugis donatarii non pertinere ad interdictum uti possidetis et vtrubi: nam eiusdem Iureconsulti n) verba, *inter virum et uxorem nec possessionis villa donatio est*, confirmant prolatam opinionem, siquidem cum l. un. π. vtrubi et l. 13. π. de adq. vel am. poss. coniungenda esse inscriptio edocet. Fragmentum VLPIANI, quod in l. 46. π. de donat. *inter Vir. et Vx.* occurrit, haud dubie haustum est a compilatoribus ex eo, quod in l. 13. π. de adq. vel am. poss. continetur, et forsitan verba a §. 11. legis 13. c. tit. haec fuerunt, sed et is, cui res donata est, (sc. in interdicto vtrubi) *adcessione utetur ex persona eius, qui donauit.* Si tamen uxor viro, aut vir uxor donauerit, *adcessione non utetur.* Deinde inter virum et uxorem nec possessionis villa donatio est. *Adcessiones in eorum persona etc.* Quod quidem caput, quomodo intelligendum sit, paucis expendamus necesse est. Praetorem in interdicto uti possidetis, praesentem quidem, sed iniustam seu vitiosam possessionem tantum aduersus extraneum, minime aduersus eum, a quo quis vi clam aut precario possidet, semper tueri solitum fuisse, in aprico est o). At enim uero in interdicto vtrubi vitiosa possessio ne aduersus extraneum quidem proficia erat, nec praesens possessio olim sufficiebat, sed is vicebat, qui maiore parte anni retrorsum numerati nec vi nec clam nec precario possedisset p). Huc verba LICINII RUFINI q) spectant, *maiore parti anni*

posse-

n) l. 46. π. de donat. iner V. et U. p) l. un. π. vtrubi. PAVL. sent.

o) l. vlt. π. de adq. vel am. poss. I. V. T. 6. §. 1.

l. 1. §. 4. et vlt. l. 2. π. vii possidet. q) l. 156. π. de verb. sign.
l. 17. π. de precar.

posseditse quis intelligitur, etiam si duobus mensibus possederit: si modo aduersarius eius aut paucioribus (diebus) aut nullis possederit. Nam maior anni pars non ad numerum dierum mensiumque, quibus ipse annus constituitur et absoluitur, sed ad possessionem aduersarii refertur, ut is, qui maiori, quam aduersarius, anni parte possederit, obtineat; qui minori, vincatur; et ex his simul adparet, interdictum vtrubi non solum retinendae verum etiam recuperandae possessioni olim patuisse. Hinc legem 13. π. de adq. vel am. poss. in qua de adcessione temporis agitur, non tam ad usu capionem, quam potius ad pristinam interdicti vtrubi vim ac indolem pertinere arbitror. Etenim si inscriptionem coniungas cum inscriptione l. vn. π. vtrubi, non a vero abhorret, Vlpianum in primis edictum praetoris de interdicto vtrubi explicare studuisse, ac proinde verba edicti *maiore parte anni posseditse* toto capite laudato r) interpretatum esse, eoque ostendere voluisse, non opus esse, possessem. tanto tempore posseditse, sed priorem quoque alterius possessionem ipsi adcedere posse. Quanquam iam in Digestis interdictum vtrubi interdicto vti posseditis exaequatum fuisse s) dicitur, hanc tamen conuenientiam vtriusque interdicti Iustiniani aetate demum contigisse verisimile est siquidem verba, sed obtinuit, vim eius exaequatam fuisse Vti possidetis interdicto, quod de rerum soli competit: ut is et in hoc interdicto vincat, qui nec vi nec clam nec precario, dum super hoc ab aduersario inquitatur, possessionem habet non ab Vlpiano sed Pandectarum compilato.

r) l. 13. π. de adq. vel am. poss.

s) l. vn. §. I. π. vtrubi,



pilatoribus proficiuntur, nec dubitandum est, quin ARCAD. et HONOR. constitutio t) si coloni, quos bona fide quisque possidet, ad alios fugae vitio transeuntes necessitatem propriae conditionis declinare tentauerint; bonae fidei possessori primum oportet celori reformatione succurri: et tunc causam originis et proprietatis agitari, primaeva illius interdicti potestate praesidium inueniat; nam verbis celeri reformatione succurri procul omni dubio interdictum vtribi intelligitur. Voluisse et ex praecceptis artis profecto debuisse de possessione per filiumfamilias aut seruum patri aut domino acquirenda, tum sect. 3. §. 1. 2. differere, quatenus eiusmodi possessio patri aut domino tribuitur, tum hac ipsa §. quatenus filio aut seruo possidendi voluntas denegatur; sed quia haec doctrinae nostrae pars variis difficultatibus obnoxia sentibusque obsita, ita ut prolixa disquisitione indigere videatur, etiam si pleraque eius capita in tribunalibus nostris exoleuerint, eam peculiari sectione pertractare decreui.

SECT. IV.

De possessione filii ac serui iuris intellectu patri ac domino competente disputatur.

§. I.

De origine ac fundamento.

Quemadmodum iis, qui patriae legumlationi animum advertunt, obseruare licet, varia iuris principia non a legumlatoris sapien-

t) l. 14. C. de agric. cens. et colon.

sapientia proficiisci, sed Iureconsultis ex natura et indele negotii et instituti, de quo quaerebatur, ea colligentibus originem debere, ita pleraque iuris Romani principia sensim paulatimque nata esse, neminem facile puto, fore, qui dubitet aut ignoret. Possessionem secundum propriam naturam duabus partibus constituisse, et ex his praecepta Iureconsultos tradidisse comprobaui. Inde procul omni dubio ratio patescit, cur patria aut dominica potestas patri aut domino proprie non prodesse dicatur ad possessionem per filium aut seruum acquirendam, siquidem ea, quae facti sunt, ad patrem vel dominum non transeunt a). At vero tum propter utilitatem publicam tum propter ea principia, quibus rerum dominium regebatur, introductum est, ut et patri per filium, et domino per seruum possesso adquireretur b), licet id ipsum ius ex indele possessionis aliquo modo rursus temperatum fuerit, Paulo teste, ille, per quem volumus possidere, talis esse debet, ut habeat intellectum possidendi c), ideo si furiosum seruum miseris, ut possideas, nequaquam videris adprehendisse possessionem d). quodsi impuberem miseris ad possidendum, incipies possidere: sicut pupillus, maxime tutore autore, acquirit possessionem e): pupillus per seruum sive puberem, sive impuberem adquirit possessionem, si tutore autore iussit, eum ire in possessionem f). Solliciti quoque videbantur

a) l. 44. pr. π. de cond. et demonstr. l. 14. §. 2. π. quand. dies legar.

c) l. 1. §. 9. π. de adq. vel am. poss.

d) l. 1. §. 10 π. eod.

b) l. 1. §. 5. et 12. π. de adq. vel am. poss. l. 10. §. 2. π. de adq. ver. dom.

e) l. 1. §. 11. π. eod.

f) l. 1. §. 13. π. eod.

tur prudentes de fundamento, quo nouum principium de possessione sine speciali mandato per seruum aut filium adipiscenda recipetur, et cum indole possessionis quodammodo conciliaretur. In domino quidem facile color repertus est, nempe serui possessione: adeoque conuenit, ut per seruum dominus adquireret possessionem, si ipsum seruum possideret. Id quidem exemplum, quo dominus per seruum possessionem adquirere dicitur, licet eum non possideat, ad veram ac propriam possessionis indolem redire videtur, si nempe a nemine seruus possideatur, et dominus illum ipsum iussirerit, veluti procuratorem, suo nomine apprehendere possessionem: eodemque modo extraneus, si iussirerit seruum suo nomine adipicere possessionem, eam adquiret ^{g)}). Quum autem filius utpote liber homo possideri non posset ^{h)}, intuitu patris eadem ratio cessabat, quea de domini possessione reddebatur. Vnde igitur aut omnino erat concedendum, patrem per filium possidere non posse, aut ab indole possessionis ulterius erat receundum statuendumque, patrem propter solam patriam potestatem etiam possessionem per filium adquirere, quamvis ipsum filium nec possideat, nec possidere queat. Posterior autem inualuit, ac proinde plus hac parte possessio patris ex iure mutuata est, quam possessio filii.

§. 2.

^{g)} l. 34. §. 2. π. de adq. vel am. ^{h)} l. 1. §. 8. π. de adq. vel am.
poss. l. 31. §. 2. π. de usurp. poss.

Quansum patris ac domini possesso, quam per filium et seruum adprehendere censetur, ex iure mutuaria sit, traditur.

Possessionem faepenumero iuris fictione adquisitam censeri, tanto certius adferendum est, quanto magis exploratum habeo, manifesta huius rei vestigia relicta esse, singulasque adeo rationes, quae possessioni iuris locum fecerunt, inueniri in ea possessione, quae ut a filio et seruo adquisita, patri tamen et domino tribuitur. Hoc enim principio a dominii indole deducto, iam ex analogiae et utilitatis publicae rationibus placuit, ut domino ac patri ignorantibus etiam cederet ea possessio, quam seruus aut filius familiis adprehenderunt, iussu nimirum ad negotia gerenda instruti, velut procuratores, etiam possessionis apprehensio ipsis in specie non fuerit commissa ⁱ⁾, nec non eodem modo per seruum alienum aut liberum hominem, quem bona fide, tanquam seruum possidemus, eorum, quae ipsis obuenerunt ex re nostra aut ex operis suis, possessio nobis adquireretur ¹⁾: iussu autem et mandato non opus esset in iis, quae filius ac seruus ex causa peculiari tenerent; quorum quidem possessionem, ex maleficio non profectam ¹⁾, pater ac dominus ignorantem statim adquirere dicuntur ^{m)}. Attamen obserues quaequo, illud ius intuitu domini non

G 2

aliter

- i) l. 31. §. 3. π. de usurp. l. 34. l) l. 24. π. de adq. vel am. poss.
 §. 1. 2. π. de adq. vel am. poss. l. 1. §. 15. π. de vi et vi arm. l. 58.
 k) l. 1. §. 6. π. de adq. vel am. π. de reg. iur. ibique IAC. GOTHO-
 poss. l. 21. pr. π. de adq. rer. dom. FRED.
 l. 23. π. eod. §. 4. 5. l. per quas m) l. 1. §. 5. l. 3. §. 12. l. 44.
 perf. cuiq. adq. m) l. 1. §. 5. l. 3. §. 12. l. 44.
 FABER

aliter locum inuenire, nisi ipse seruum possideat ⁿ⁾; quod vero patrem attinet, possessionem filii in censum non venire. Quum igitur pater per filium possessionem adquirat iure patriae potestatis et mero arbitrio legis, quumque nomine peculiari etiam inscius per filium possideat, ei impedimento esse nequit, quod filium in potestate esse ignoret. Id quidem Vlpianus ^{o)} innuit, *quidquid filius peculiari nomine adprehenderit, id sicut pater eius possidet, quamvis ignoret in sua potestate filium.* Porro, si alius forte filium tanquam seruum possidet, licet bonae fidei possessor sit, per filium non adquirit possessionem, nisi ex re sua vel ex operis filii ^{p)}, non autem ex re patris, id est, ex eo peculio, quod patrem sequi solet. Quam ob rem, cum durante filii detentione salua et illibata sit potestas patria, et pater ex causa peculiari ignorans per filium possessionem adipiscatur, dicendus etiam est possidere ex ea causa per filium posse, licet filius ab alio possideatur. Hinc VLPIANVS ^{q)} ait *amplius, etiamsi filius ab alio tanquam seruus possideatur, idem erit probandum.* Ceterum facile est intellectu, principia, quae tradidi, tantum de peculio, quod profectitum audit, adcipienda esse, nec sublata patria potestate locum inuenire. In eo tamen iuris notio non excludenda est, quod filius familias rem ad peculium profectitum pertinentem, quamvis patrem-

familias.

FABER in iurispr. Papin. Tit. XI. spectari, probat l. 39. $\pi.$ de stipul.
Princip. 8. Illuz. 26. Cf. l. 24. $\pi.$ de seru.
 $\pi.$ adq. vel am. poss. l. 8. pr. et l. 47. o) l. 4. $\pi.$ de adq. vel am. poss.
 $\pi.$ de usurp. l. 2. §. 11. $\pi.$ pro emt. p) l. 1. §. 6. $\pi.$ de adq. vel am.
 n) Hanc tamen serui possessionem poss. §. 4 l. per quas pers.
 in dominio adquirendo non semper b) l. 4. $\pi.$ de adq. vel am. poss.

familias se factum ignoret ¹⁾), eandemque adeo ex die, quo pater captus fuerit, si hic apud hostes decesserit, possidere intelligatur ²⁾. In aliis autem peculii generibus, quae pedetentim introducta sunt, non alienum est credere, regulam inualuisse, filium-familias, ex quibus causis adquirat, ex iisdem etiam possidere posse ³⁾. Aliae ineundae sunt rationes in iis principiis enucleandas, quae domini potestatem respiciunt. Seruus quidem possidere nequit, licet in libertate moretur, nec ipse amplius a domino possideatur ⁴⁾. Sed quia per seruum possidere non potest, nisi is, qui ipsum seruum possideat, notandum est, dominum quoque, si seruum possidere desit, per eum ne peculiari quidem nomine possessionem adquirere, etiam si a nemine seruus possideatur. ⁵⁾ Idem statuendum est, si seruus ab alio possideatur ⁶⁾, neque eo

G 3

casu

¹⁾ l. 44. § 4. π. de usurp.

²⁾ l. 44. § 7. π. de usurp. ANT. FABER. jurispr. papin. Tt. XI. princ. 8. libat. 28

³⁾ Paulus in l. 4 §. I. π. de usurp. mentionem tantum facit peculii castrensis. Verba et maxime adiecit Tribonianum, tradit CVIAC in comm. ad Tit. π. de usurp. Dissenit BACHOV. ad Treutler. Vol. II. Di/p. XII. Tb. 2 lib. B. Aliam sed parum probabilem opinionem retinet. RETES in prael. ad Tit. 2. de adq. vel am. poss. Part. I. c. V. Sect. 3. in Meerm. Thesf. T. VII. De origine peculiorum nihil dicendum, siquidem praeter GALVANVM, MARIANSIVM, VOORDAM, Ill. CHR. RAV in libello, quo historiam iuris

civilis de peculii Lips. 1770. enarravit, iurisprudentiae elegantioris cultoribus ita satisfecit, ut id iuris civilis caput novo interprete non indigere videatur,

⁴⁾ l. 31 § 2 π. de usurp.

⁵⁾ Non repugnat l. 34. §. vlt. π. de adq. vel am. poss. quea tantum de seruo procuratore agit, nec obiciendum est, quod captiuus rerum peculiarium possessionem per seruum retineat, licet ipsum seruum possidere desit l. 29. π. de captiu. et poss. l. 12. §. 2. eod. Id enim peculiare ius captiuo ad alias causas produci non debet.

⁶⁾ l. I. § 6. π. de adq. vel am. poss. l. 54. §. vlt. π. de adq. rer. dom.

caſu dominus dici potest ſimul eum poffidere; quia duo in foli-
dum eundem feruum ad eandem cauſam poffidere nequeunt. In
hiſ igitur cauſis, quibus aut ipſe feruus, aut extraneus, qui eum
poffidet, poffessionem adquirere nequit, veluti ſi mala fide eum
poffideat, poffeffio, quam feruus adprehendit, interim penes
neminem erit. 2) Huc quoque verba POMPONII ſpectant a):
ſi feruus meus tibi bona fide feruiret et rem emiffet traditaque ei eſſet.
Proculs nec meam fieri, quia feruum non poffidebam; nec tuam, ſi non
ex re tua fit parate. Sed ſi liber bona fide tibi feruens emerit, ipſius
fieri. Si dominus feruum potefati ſubiectum eſſe ignorat, pa-
tans forte, eum liberum eſſe, per eum quoque ne peculiari qui-
dem nomine poffidere potest, quia poffeffio ferui deficit: nam
liberi hominis poffendendi animum nec habemus nec habere po-
fumus b). His principiis, quae fundamento, quod iure agni-
tum eſt, conueniunt, propositis, ad alia capita proficitor, in
quibus ICti ad dominii indolem respiciunt. Feruum alienum, alii
ſtipulando non adquirere domino liquet c), adeoque mirum non
eſt, quid fit, quod ICti tradant, dominum ne ex iuſſu quidem
ſuo poffessionem adquirere, ſi feruus eam adprehendat, animo
adquirendi extraneo. d) At vero nec extraneus iſtam poffeffio-

nem

a) l. I. §. 6. π. de adq. vel am. poff. nat cf. DE RETEſ in Ropæ præd. ad

tit. π. de V. O. Part. I. Traſt. III. Conſect. 4. §. 28. in Meerm. Thes.

Tom. VII. Aliam ſententiam complectitur CHEſ. interpret. L. I. c. 32. in iuriſpr. Rom. et Att. T. II.

c) l. 30. π. de ſtipul. l. 37 §. 4. 6. π. de adq. rer. dom. De l. 12. π. de donat. que huic principio repug-

nat d) l. I. §. 19. π. de adq. vel am. poff.

nem suo nomine adprehensam adcepit, quia ipsius serui possessio deficit, quae sicut in domino, ita multo magis in extraneo necessaria est, si ea, quae a seruo comparata sunt, possidere vellet ^{e)}. Attamen per seruum communem non aliter atque per proprium possessionem adquirunt etiam singuli in solidum, modo hoc agat seruus, ut vni adquirat ^{f)}. Iam de iis differendum est, quorum ministerio dominus seruum possidere pergit. Quanquam fructuarium per seruum ea possidere constat, quae seruus ex re ipsius vel operis suis adquirat ^{g)}, his tamen causis exceptis per illum dominus proprietatis possidet ^{h)}. PAVLO autore usufructarius quidem in possessione est ⁱ⁾, sed seruus fructarius ab eo non possidetur ^{k)}, siquidem proprietatis dominus, serui, qui in usumfructum datus est, possessionem per fructuarium continuat, ac perinde nihil impedimento est, quo minus etiam possessionem per huiusmodi seruum adquirat. Omnia optime Venuleius ^{kk)} hanc sententiam tractat, modo acutam SCHVLTINGII aliorumque ^{l)}

emen-

- ^{e)} l. I. §. 3. π. de stipul. seru. l. 32. ^{b)} l. 10. §. 3. π. de adg. rer. dom.
§. 4. 6. π. de adg. rer. dom. Errat ^{h)} §. 4. I. per quas pers. cuiq. adq.
BACHOV. ad Treuler. Vol. II. dup. ⁱ⁾ l. 60. §. 1. π. de usfr.
21. Tbsf. 2. lnt. D qui in l. §. 19. ^{j)} l. 1. §. 8. π. de adg. vel am.
π. de adg. vel am. poss. possessionem ^{k)} l. 1. §. 2. π. de adg. vel am. poss.
ex sententia Pauli extraneo adquiri poss. ^{kk)} l. 52. π. de adg. vel am. poss.
arbitratur. cf. l. 5. §. 1. π. ad exhib.

- ^{f)} l. I. §. 7 π. de adg. vel am. poss. ^{l)} SCHVLTING. ad Paul. sent.
vbi expresse verba adduntur sicut in L. V. Tu. 6 §. 8. nor. 43. MERENDA
domino ducendo. controv. L. XII. c. I. num. 5.

- ^{g)} l. 49. pr. et l. I. §. 8. π. de adg. vel am. poss. l. 21. π. de usfr.

emendationem; Basilicorum ^{m)} autoritatē munitam sequaris; legentium, „permisceri causas possessionis et ususfructus non oportet, quemadmodum nec possessio et proprietas misceri debeat. Nam neque impediri possessionem si alias fruatur, neque alterius fructum amputari, si alter possideat.“ Si seruus expresse dixerit, ex re fructuarii aut operis suis se non fructuario, sed domino per traditionem adcipere, aut stipulando adquirere ⁿ⁾, certum quidem est, et dominium et possessionem rei domino cedere, sed quo modo hac in causa indemnus praestetur fructarius, Pomponius edocet ^{o)}. Verba autem item si seruus bona fide nobis seruat, et id, quod nobis adquirere poterit, nominatim domino suo stipulatus fuerit, ei adquiret, tantum de dominio, minime de possessione intelligi possunt, quia dominus ne peculiari quidem nomine per seruum possidere potest, si seruus ab alio possideatur ^{p)}. Cum dictum sit, dominum duntaxat, si seruum possideat, per eum possessionem adquirere, quaestio iam nascitur, num regulae quoque intuitu ususfructuarii inhaerendum sit. Is enim ex re sua et ex operis serui per seruum possidere potest, neque tamen illum ciuiliter possidet. Papinianus ^{q)} inquit possessio quoque per seruum, cuius ususfructus meus est, ex re mea, vel ex operis serui adquiritur mihi: cum et naturaliter a fructuario teneatur, et plurimum ex iure possessio mutuetur. His verbis Papinianus innuit, ad possessionem per ser-

vum

^{m)} Basil. L. 2. Tr. 2. in Meerm. ^{o)} l. 39. π. de stip. seru. ^{p)} l. 54 §. vlt. π. de adq. rer. dom.
Tbif. T. VII. p. 49. ^{q)} l. 49. pr. π. de adq. vel am.
ⁿ⁾ l. 37. §. 5. π. de adq. rer. dom. ^{l. 22. l. 28. §. 1. l. 39. π. de stip.} poss.

seru.

vum adquirendam, necessariam omnino esse ipsius serui possessionem; usufructuarium quidem habere naturalem possessionem serui, animum vero sibi habendi, quo ordinarie carere non possumus, in hac specie non spectari, quoniam principium, quo dominium, quod a seruo adquisitum est, nonnunquam fructuario tribuitur, iure etiam ad huiusmodi possessionem translatum est.

Ita PAVLVS r), per eum, *in quo usumfructum habemus, possidere possumus, sicut ex operis suis adquirere nobis solet: nec ad rem pertinet, quod ipsum non possidemus: nam nec filium, iudicat, nullum impedimentum possessioni per seruum in fructuario aquirendae inde emergere, quod fructarius destitutus si civili possessione ipsius serui, cum eodem modo, quo patri per filium possessionem adquirere licet, etiamsi eum non possideat, iuris fictione possessio quam seruus adeptus est, ad fructuarium pertinere possit. Nullus quoque dubito, quin usufructarius ac bonae fidei possessor ex re sua et operis serui possessionem adquirat, etiamsi in fuga seruus sit, modo fugitiuus adhuc possideri intelligatur. Sed si alius possessionem serui iamiam nactus est, eodem modo, quo proprietatis dominus possidere definit, inferendum est, fructuarium quoque per eiusmodi seruum possessionem saltem adquirere non posse. Quan-*

quam IULIANVS, cuius opinioni VPIANVS¹⁾ subscribit, id quod seruus nondum finito usufructu ex re fructuarii stipulatus est, fructuario adquiri existimat, ideoque colligit, dici posse, non amitti usumfructum, licet seruus ab alio possideatur, ea tamen

tantum

¹⁾ l. I. §. 8. π. de adq. vel am. poss,

§. l. 12. §. 3. 4. π. de usufr.

H

tantum de stipulatione et dominio adquirendo, minime vero de possessione adcipienda esse arbitror. Per seruum pignori datum creditor possessionem adquirere nequit, quamvis eum possideat. Sententiam veterum ea de re PAVLVS ¹⁾ proponit per seruum corporaliter pignori datum non adquirere nos possessionem, Julianus ait; ad unam enim tantum causam videri eum a debitore possideri: ad usucaptionem. Nec creditoris: quia nec stipulatione, nec uillo alio modo per eum adquirat, quamvis eum possident,

Non omittendum est subtilissimum iuris Romani principium, seruum hereditarium non adquirere heredi, hereditatem vel ea quae sunt eiusdem hereditatis ²⁾: id quod ad possessionem quoque translatum est: nec tamen longius producendum esse Icti censuerunt ^{x).} Hinc a) si plures serui legati, per unum ceteri possidentur b) si pariter emti vel donati per unum reliquorum possesso adquiri potest ^{y)} c) si ex parte heredi instituto seruus legatus sit, propter partem, quam ex causa legati habet, adquiret fundi hereditarii possessionem ^{z)} d) idem dicendum, si quis iusserit seruum communem adire hereditatem, quia propter partem suam adquiret a) e) si is qui Titio seruum vendiderat, heredi eius eum tradidderit, poterit heres rerum hereditiarum possessionem per eum adquirere, nec si ex stipulatu vel ex testamento seruus testator debitus fuisset et heres eum adcepisset, prohibetur rerum hereditiarum possessionem per eundem adprehendere b).

§. 3.

1) L. I. §. 15. π. de adq. vel am. poss.

y) L. I. §. 16. eod.

u) l. 43. π. de adq. vel. omitt. bc-

z) L. I. §. 17. eod.

fed. l. 18. π. de adq. rer. dom

a) L. I. §. 18. eod.

x) L. I. §. 16. π. de adq. vel am. poss.

b) L. 38. §. 2. l. 48. eod.

§. 3.

Varia capita exhibentur, quae necessaria consecutione principiis de possessione iuris traditis continentur.

Contemplanti mihi et adcurata mentis trutina examinanti ea capita, quae tum propter utilitatem publicam, tum propter dominii indolem possessioni adcesserunt, persuasum habeo, ab iis nonnulla quoque velut necessaria consecutione proficiunt, et a Iureconsultis proponi, ut possessio omnibus numeris secum ipsa consentire videatur. Ex principiis, quae tradita sunt, intelligitur, cur liber homo, si ipse possideatur, possessionis aliarum rerum suo nomine adquirendae incapax habeatur ^{a)}). Praeterea ex eo, quod dominus ac pater ignorantes adeo possessionem eorum adquirere possint, quae seruus vel filius ex peculiari causa tenent, prono aliud fluit, infantem ac furiosum per seruum ^{d')}, imo patrem furiosum per filium ex peculiari causa possessionem adquirere ^{e')}). Quanquam iuris singularis notioni debetur, quod vacuum tempus ante aditam hereditatem, id est, hereditatis iacentis verae possessioni subinde comparetur, tum ut compleatur usuratio a defuncto copta, tum ut ea incipiat, si quid forte seruus hereditarius peculiari nomine adquisuerit ^{f')}, mallem tamen ex princ-

H 2

pio

c) l. 1. §. 6. π. de adq. vel am. poss. l. 23. §. 1. π. cod. l. 54. §. ult. π. de aq. rev. dom. l. 118. π. de reg. iur. l. 23. pr. π. ex quib. caus. mai.

d) l. 1. §. 5. π. de adg. vel am. poss. l. 32. §. 2. π. cod. l. 28. π. de usurp. ibique Cviac.

e) arg. l. 8. §. 1. π. de his, qui sui vel alien. iur. quae, quod possessionem adint, de rebus tantum peculiariibus est intelligenda.

f) l. 44. §. 3. π. de usurp. Cf. l. 40. π. de usurp. l. 13. §. 5. de adq. vel. am. poss. l. 6. §. ult. π. pro emt.

pio commemorato, quod scientia domini ac patris non spectanda sit; ea capita colligas, quibus tum is, qui apud hostes est *g)*, tum etiam heres *h)* retro posseditis statuitur, quidquid filius vel seruus, aut iacente hereditate seruus hereditarius ex causa peculiari comparauerint *i)*. De eo fonte, e quo hauriendum est, ipse Papinianus *j)* non cogitauit, dum ait, *post mortem domini seruus hereditarius peculiī nomine rem copipit tenere: usucaptionis primordium erit tempus hereditatis aditac. quemadmodum enim usucapietur, quod ante defunctū non possederat?* Non quidem Papinianus negat, heredem iuris auxilio nondum adita et apprehensa hereditate continuare possessionem rerum, quam defunctus habuerat, eamque in usucapione non interruptam esse, sed heredi quoque prodesse, id tamen iuris beneficium exulare censet, quando ipse defunctus res non possedit, sed seruus hereditarius eas apprehendit. Certe si hoc iuris beneficium, ex quo ante additionem et apprehensionem hereditatis vera heredis possessio nonnunquam intelligitur, cum eo cumulasset, quo domino ac patri ignorantibus quoque possessio tribuitur, contra opinionem, quam alii prudentes amplectuntur, responsum non ita redditurus fuisset. Eadem ratio, qua domini ac patris conditioni prospectum est, effecit, vt de usufructario ac bonae fidei

g) l. 12. §. 2. π. de capt. et post lim. l. 44. §. 17. π. de usurp.

et Chrys. interpr. L. I. c. 40. §. 14. 17. et 28. me docuerunt, appareat.

h) l. 1. §. 5. π. de adq. vel am. poss. l. 16. π. de abl. et aſt. l. 44. §. 3. π. de usurp. vbi abſtinerendum omnino ab emendatione Bestii de ration. quae Cviac. ad l. 45. §. 1. π. eod.

i) id ex principio laudato collendum esse, Paulus aperte indicat coniunctione igitur in l. I. §. 5 π. de adq. vel am. poss. Cf. l. 44. §. 7. π. de usurp.

k) l. 45. §. vlt. π. de usurp.

fidei possessore idem statueretur: nam ii quoque nomine peculii, quod ipsos sequitur, per seruum aut liberum hominem bona fide possessionum ignorantes possessionem quoque adquirere prohibentur *l).* Iam antea proposui, patrem per filium possidere, quamvis ipsum filium non possideat, nec possidere possit, neque desunt singula capita, quae deduci inde debeant. Ita pater per filium peculiari nomine possessionem adquirit, etiam si eum esse in potestate ignorat, aut filius ab alio tanquam seruus possideatur *m).* Haec et alia forte exempla, quae in hunc censum referenda, non adtinet fusius examinare, siquidem ex iis principiis, de quibus supra dictum, haud difficulter colliguntur.

Sed iam ad id veniam, quod huius commentationis scribendae occasionem praebuit gratissimam. Scilicet via mihi paranda erat ad indicendam solemnitatem, quae futuro d. XXII. Octobr. hora IX. ante meridiem audita in auditorio Iureconsultorum habebitur: in qua munus Professoris iuris extraordinarii, singulari Serenissimi ac Indulgentissimi Principis Electoris gratia, Eiusdemque Amicorum suffragiis in me collatum, auspicaturus, brevem, de dignitate Iurislatorum, orationem ita recitabo, ut quantus in me sit ob hoc acceptum beneficium sensus pietatis, quantua illud merendi cupido, simul palam.

l) l. 7. §. 8. π. pro ems.

m) l. 4. π. de adq. vel am. poss.

palam fiat. Quam quidem panegyrin ut Rector Academiae Magnificus, Illustrissimi comites, Proceres Academiae Amplissimi, Omnes litterarum Fautores, Comilitones denique Generosissimi atque Praenobilissimi, sua praefentia condecorare et splendidiorē reddere velint, omni, quā par est, obseruantia rogo.

P. P. in studio Lips. Dom. XX. post Festum Trinitatis
A. R. S. MDCCXCV.

E R R A T A.

- p. 36. lin. 5. loco: *quidem* leg. *quidam*.
 p. 41. lin. 14. loco: *statu* leg. *statutum*.
 p. 41. lin. 15. loco: *situm* leg. *fit*
-

ULB Halle
003 067 572

3



TA-01



1795.19.

HERMENEVTICES
TITVLI PANDECTARVM

2

DE ADQVIREND A VEL
AMITTENDA POSSESSIONE

SPECIMEN I.

DE

PRINCIPIIS POSSESSIONIS, QVAE A IVRIS
FICTIONIBVS PROFICISCVNTVR.

SCRIPSIT

E T

AD AVDIENDAM ORATIONEM

QVA

MVNVS PROFESSORIS IVRIS EXTRA ORDINEM
CLEMENTISSIME SIBI DEMANDATVM

DIE XXII. OCTOBR. MDCCXCV.
H. IX.

IN AVDITORIO IVRECONSULTORVM

AVSPICABITVI

HUMANISSIME INVITAT

D. FERDINANDVS GOTTHELF FLECK
PROF IVR. EXTR.

LIPSIAE

EX OFFICINA SYDERI